

Unica paupertas Diophanes suscitat artes
Ipsa laboranti doctrix studiique magistra

Cic. in Arat. quest. lib. i Neque hoc quicquam est
turpius quam cognitioni assertionem praecurrere.

Horat. lib. i Ser. Nam vitiis nemo sine nascitur
optimus ille est. Cui minimis urgeat

Cic. pro A. Cluentio. Sapientissimus est. Cui quod opus
est ipsi venit in mentem. Proximum ille dicit
illum, qui alterius bene inventis obtemperat.

M. TVLLII

CICERONIS OFFICIORVM LIBRI III. Opera & diligentia Vuolffgangi Anemœcij ex vetustissimo Codice, plusquàm in centum locis castigati atque restituti, adiectis etiam de Amicitia, de Senectute, atque Paradoxis, vnà cum Dialogo Anemœcij, in quo reddit rationem cur illos locos mutauerit.

OMNIA VIGILANTI CVRA recognita, per Desiderium Erasmum Roterodamum & Conradum Goclenium, passim etiam Philippi Melanchthonis Scholijs appositis.

EX OFFICINA TYPOGRAPHYCA NICOLAI FABRI.

M. D. XXXIX.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

EXcusi sunt hi Ciceronis Officiorum Libri qua potuere diligentia, ad limam & recognitionem Desiderij Erasmi Roterodami, & Philippi Melanchthonis, adiunctis passim vtriusq; Scholijs & Annotationibus. Cæterum quo possint internosci quæ Erasmi, quæ item Philippi, Scholijs huius hoc signum * vbique adiunctum offendes. Erasmi nullas notas habebunt, nisi quod Argumenta capitum, passim ¶ intercluduntur.

BIBLIOTEKA * KORNICKA *
14035

ERASMVS ROTERO-DAMVS ORNATISSIMO IACOBO Tutori, inclitæ ciuitatis Antuerpiensis Pensionario, S. D.

QVemadmodum qui sunt á Scorpijs icti, solent ab ijsdem remedium petere, ita mihi conuenire uidetur, Iacobe iurisconsultorũ eruditissime, ut qui literis sumus addicti, animi lassitudinem, aut corporis affectionem è studijs grauioribus contractam, ab ijsdem studijs, sed amœnioribus recreemus. Etenim qui uere studiosi sunt, per omnem uitam nihil aliud agunt, quamdiu licet illis suo arbitratu uitæ cursum moderari, nec tam intermittunt studia, q̃ remittunt, et relaxant aliquoties ingenium, cessant nunquã, otiantur interdum, sed interim agentes aliquid. Feriantur aliquando, sed sic, ut otij rationem pulchre queant reddere. Et si libet cessare etiam nonnunquã, sed ut horum cessatio plus adferat bonæ frugis, q̃ quorundam negotiosissimæ occupationes. Sic nimirum fortis, & gnauus miles (conferam enim Exemplum similius) dum in æstiuis, aut hybernis agit, aut dum induciæ præstant, ut necesse non sit in acie stare, aut excubare sub pellibus, tamẽ ita lusibus relaxat animum, ac uires reficit, ut lusus ipsi militiam sapiant. Pugnat ad palum, iaculatur ad scopum, torquet fundam, uibrat hastam, decertat pugilatu, concurrit lanceis, torrentem natatu transmit-

tit, armatus in equum insilit. Deniq; sic feriatur à belli munijs, ut ad ea redeat uegetior. Aliter ludit ganeo, aliter egregius princeps. Aliter scurra iocatur, aliter uir probus & integer. Ad hoc igitur Exemplum cũ nuper ualetudo flagitaret, ut ingenij corporisq; uires diutinis atq; immodicis studiorum laboribus fatigatas instaurarem sarciremq; relicto Louanio, per aliquot Brabantiæ, Flandriæq; oppida circumuectus sum, quo simul à libris aliquantisper abessem, & amiculorum eruditorum conspectu, fabulisq; memet oblectarem. Neque sic tamen abesse potui ab adamata Bibliotheca mea, quin unum aut alterum libellum, itineris comitem circumferrem, ut si quando forte in uehiculo non contigisset congerro sat commodus, non deesset tamen, cuius colloquio temporis tædium fallerem. In his erant Officia Ciceronis. Lælius & Cato, unà cum Stoicorum Paradoxis. Inuitarat autem uoluminis exiguitas, haud multum additura sarcinulæ ponderis. Ex huius lectione mi Tutor, geminum fructum cepi, primum enim pristinæ consuetudinis nostræ, qua nihil esse potuit mellitius, memoriam sic mihi renouauit, ut incredibilem animo persenserim uoluptatem. Deinde sic me totum inflammauit ad honesti, uirtutisq; studium, ut iam pridem nihil tale senserim, nostrates quosdam neotericos legens, qui Christiani, Christianæ philosophiæ mysteria profitentur, & ijsdẽ de rebus, magna

ut

ut nobis uidetur subtilitate differunt, sed æque frigide. Ego quid alijs accidat nescio, mihi quid acciderit ingenue fateor, siue id illorum uitio fit, siue meo. Sic subinde mecum inter legendum cogitabam. Hiccine Ethnicus scribit ethnicis, Prophanus prophanis? At in præceptis uiuendi quanta æquitas, quanta sanctimonia, quanta syncerita, quanta ueritas, quàm omnia consentanea naturæ, quàm nihil fucatum, aut somnolentum? Quem animũ exigit ab his, qui gerunt Rempublicam, ut admirabilem illam, et amabilẽ uirtutis speciem ponitob oculos, quàm multa, quàm sanctè, imò quám diuinitus tradit, de gratis etiam iuuandis omnibus, de tuenda amicitia, de immortalitate animorum, de contemptu earum rerum quarum gratia uulgus hodie, non dicam Christianorum, sed Theologorum etiam ac Monachorum, nihil non & facit & patitur. Pudebat interim nostrorum morum, qui Sacris libris edocti, qui tantis & Exemplis, & præmijs prouocati, doctrinam Euangelicam profitemur, nec præstamus. Describe nostris Satrapis talem Principem, aut Magistratum, qualem describit Cicero, dispeream ni cum sua imagine, ut delirus ridebitur. Quis nunc Rempublicam nisi spe lucri, aut honoris gratia capessit? Quis non ita gerit, ut quæstum facere uideatur, ut hostem agat eorum quibus debuerat etiam uitæ suæ dispendio consulere. Vbi reperias inter Christianos par amicorũ ad hanc

imaginem, quam proponit. M. Tullius? Vbi senes, qui tam infracto animo ferant ætatis incommoda? Vbi tam sancta senum cũ iuuenibus colloquia? Nunquã ante hac magis expertus sum uerum esse, quod scribit Augustinus, ex Ethnicorum benefactis, acriores addi stimulos ad uirtutem quàm nostratium, cũ subit animo, quàm turpe sit, non ea perspicere pectus Euangelica luce illustratũ, quod perspectum est ijs, quibus sola naturæ scintilla prælucebat. Non præstare nos, qui sub Christi uexillis militamus pietati, qui stipendiũ immortalitatis ab eodem expectamus, quod præstiterunt ij, qui nihil hominis a rogo superesse, aut suspicati sunt, aut planè crediderunt? Et postea non desunt crassi quidam, qui studiosos ab huiusmodi libris deterreant, ceu Poeticis ut uocant, & ad morum integritatem officientibus. Ego uero dignos censens, quos & omnibus in ludis prælegant adolescentiæ literatores, & sibi legant relegantq; senes, quos olim emaculatos tibi dicaui, nunc denuo dico, nõ solum purgatiores, uerum etiam auctario cumulatos. Siquidem adiecimus libellum de Amicitia, alterum de Senectute, Tertium de Paradoxis, atque in omnes annotatiunculas quasdam, breues quidẽ illas, sed ni fallor haud quaquam incommodas, in quibus hoc potissimum agimus, ut quorundam morosam in dicendo superstitionem retundamus, qui ad singulas pene uoces reclamitant. Non est Latinum, non re

perita

peritur apud probos Scriptores. Ad hæc mendas aliquot prodidimus, ante hac à nemine, quod sciam, animaduersas. Superest, ut quemadmodum mihi in hoc labore uersanti, Tutor semper ob oculos uersabatur, ita tibi cum hæc leges. Erasmus in mentem ueniat, tui cum primis & amans & studiosus. Bene Vale. Louanij Quarto Idus Septembris, A. M. D. XIX.

QVID CONFERAT LECTIO LIBRORVM DE Officijs Philippi Melanchthonis.

QVEMADMODVM VETANT in exercendo sterili solo aut sumptus facere, aut sumere laborem, ita lecturis scriptorem aliquem, in primis uidendum est, quid doceat, et quam inde accessionem ad studia nostra facere possimus. Porrò uix pauci in relegendis Scriptoribus secum ipsi deliberant, ecquod operæ precium facturi sint. Et bona pars discentium in uniuersum nescit ad quem scopum studia omnia dirigenda sint. Proinde initio huius Libelli & Argumentum operis indicandum est, & quid conferat studijs nostris. Ea demum est solida eruditio, de rebus moribusq; recte iudicare

posse. Deinde, quæ animo comprehenderis, perspicere & commode explicare atque eloqui. Rerum cognitio ad iudicandum et ad parandam prudentiam est necessaria. Magna in primis optimorum uerborũ copia requiritur ad dicendum, uoco autem rerũ scientiam Physiologiam, Mathemata, Præcepta de ciuilibus moribus. Nam de religione hic nihil dicimus. Estq; ad communem uitam in primis utile, ea tenere, quæ de moribus, deq; ciuili uitæ consuetudine tradita sunt. Beluam dicas, non hominem, quisquis non est excultus hoc doctrinæ genere, & ad humanitatem & ciuilia officia adsuefactus. Nam uirtutis incunabula atque rudimenta sunt, hæ literæ, quibus ad honestatem teneri animi aluntur, & incitantur. Porrò non alius extat Libellus de moribus absolutior Officijs Ciceronis. Diligentissime enim præcepit de omnibus uitæ partibus, quid deceat quamlibet ætatem. Accedit hoc etiam, quod iusto ordine formas uirtutũ proposuit, ut extarent ob oculos Lectoribus, tanquam Regulæ omnium consiliorum & factorum. Fecit enim quatuor uirtutis membra, Prudentiam, Iustitiã, Fortitudinem Modestiam. Quæ tanquam locos communes proponãt sibi adolescentes, ut eò referant omnia de moribus consilia, & quos iudicaturi, quid deceat, ceu Theseum filium sequantur. Nam ut Zeusis, cùm Helenam Crotoniatis pingeret, inclusam habebat in animo pulcherrimam quandam mulieris speciem,

ciem, seu ut Græci dicunt, εἰδέαν collectam ex optimis Exemplis, ita iudicaturos de moribus, oportet animo tenere tanquam formas quasdam, uirtutum descriptiones, quas consulant, quas intueantur, in quas defigant oculos, quoties de honestate deliberant, neque ego hic de Religione dico, quæ ex Sacris libris petenda est. Ciuilis uitæ consuetudo á Cicerone describitur, cum qua Religio nihil pugnat. Scripsit de Officijs etiam Diuus Ambrosius, credo ut pueris inculcaret Religionem, de qua uidebat in Ciceronianis nihil præcipi. Verum ego Religionem ex diuinis literis censeo hauriendam esse. De ciuilibus moribus malim audire Ciceronem, qui maximis rebus gestis, uersatus in Republica, Principe orbis terrarum, usu pleraq; comperit, pleraq; ex Græcorum scriptis, qui maximas ciuitates gubernarunt, uertit. Habes itaque quid hic Libellus ad iudicandum conferat. Est enim uel prima prudentiæ pars, tenere præcepta de moribus. Est autem Cicero res partitus, in honesta et utilia. Honestatis partes in Primo libro tractat, ubi primũ uirtutes definit Dialectica quadã consuetudine. Deinde congerit multa præcepta de moribus uelut in aceruum. In Secundo libro res omnes enumerat, quas natura ad utilitatem, seu usum hominũ condidit, docetq; quem ex quá que re usum, percipere debeamus. In Tertio confert cum honestate utilitatem.

QVID AD DICENdum conferat Libellus de Officijs.

PRæterquam quód, ut cætera Ciceronis omnia, magnum numerum lectissimorum uerborum, & figurarum suppeditabit hic Libellus, ideo etiam ad dicendum plus aliquanto, quàm pleraq; alia scripta confert, quia locorum aliquot communiũ formulas, & propemodum simulacra continet. Porrò cũ hi loci uirtutum ac uitiorum regulæ sint, ad quas hominum mores & facta exigimus in iudicando, oratio etiam omnis referri ad eos debet, inde argumẽta, amplificationesq; petantur, ut si quis in ingratum dicat, multa illi nõ de persona tantũ, sed de ipso uitij genere erũt dicenda, eritq; dicta opera, ut intelligãt auditores, quanta sit in eo uitio turpitudo. Verum id nemo præstare poterit, nisi locorum illorum formulas bene meditatas habeat & Exempla ueterum teneat, unde uerba, sententias & ornamenta mutuetur. Erit itaq; hic Libellus, uelut penu & sicut, inquit Thucydides, κτῆμα, unde depromant orationẽ studiosi, de quacunq; re dicendum fuerit, hinc Argumenta, hinc sententias, hinc figuras, hinc apta uerba excerpant. M. Cicero magnum instrumentum eloquẽtiæ id esse putauit, habere locos in numerato paratos atq; expeditos, in quibus procudendis, multum profecto Ciceronis Exemplis adiuuabimur. Quæ enim

poteſt

potest de dolo malo, dèque æquitate uberior, grauiórue disputatio excogitari quàm illa, ea de re in tertio Officiorũ, qua ad innumerabiles causas, ceu Delphico gladio uti possis. Plurimum etiam ad dicendũ conducunt narratiunculæ, quæ sunt in hoc opere, & multæ & uariæ. Quondam in Rhetorica progymnasmata erant ἐπιχειρήματα, sic enim uocarunt, in quo genere qui se uolent exercere, magnam hic Exemplorum copiam inuenient. Et cum nihil sit difficilius quàm commode narrare, non est alia exercitatio fructuosior quàm hæc. Quanta deum immortalem elegantia, quantus lepos, est in narratione gestorum Arati Sicyonij, in Secundo libro. Non minorem laudem meretur Gygis Historia, uersa ex Platone in libro Tertio. Similes aliæ multæ sunt in hoc Commentariolo, quas sibi ad imitandum proponant, quicunq; tolerabiliter dicendi studio tenentur. Eaq; exercitatio non tantum augebit uerborũ suppellectilem, sed quæ mihi in dicendo penè maxima uirtus uidetur, bene disponendi scientiam. Nam indocti nõ tantum adulterinæ monetæ uerbis orationem obscurant, sed ita etiam confundunt ac miscent omnia, ut intelligi prorsus nequeat. Scholia alicubi breuissima adscripsimus, quæ indicarent Lectori orationis ordinem & dispositionem, quam qui deprehenderint, facile sententiã scripti adsequentur. Nam de consilio authoris pronũciare aut iudicare nemo potest, nisi seriæ orationis animaduersa.

Vbi sententiam collegeris, hinc immorandum erit in singulis membris orationis, uidendūq; quo genere uerborū, quibus schematis orationis usus sit Cicero. Estq; cū illius oratione certandū, et nostris uerbis exponendū argumentū, ita fiet, ut et sententiam propius adspicias, et clarius adpareāt lumina Ciceronianæ orationis, ubi cum tua παραφράσι contuleris. Interea & uerba, & sententiæ authoris obiter firmius adhæresçent animo. Sed faciamus in exordio periculum. Initio proponit, Latine se de Philosophia ad filium scribere, quod totidem uerbīs dici poterat, uerū est addita Occupatio, cur in tanta copia Græcorum scriptorum, ipse Latine scribat, iisdem de rebus, quas Græci copiosissime splendidissimeq; tractauerūt. Et facta præceptoris mentio, & urbis, & ut in Distributione, sua cuiq; subiecta ratio. Estq; περιοδικῶς cum occupatione coniuncta propositio. Quanquam extent de moribus sapiētissimis scripta multa à Græcis & cum Cratippus doctrina, tum Athenæ ipsæ exemplis te erudire queant, tamen quia meus mos est Latina cum Græcis coniungere, uolebam Latine ad te Philosophica quædam scribere. Ad eundem modum, in omnibus partibus orationis Ciceronianæ, sententiæ earumq; figuræ excutiendæ sunt.

MARCI

MARCI

TVLLII CICERONIS OFFICIORVM LIBER Primus ad Marcum filium.

ARGVMENTVM PER ERAsmum Roterodamum.

¶ *Ciceronem filium suo hortatur Exemplo: ne simplici cuipiam studio seſe addicat, sed Græca cum Latinis & orationis uirtutes cum Philoſophiæ scientia coniungat. Deinde quo eum reddat attentiorem, hanc quæ de Officijs eſt Philoſophiæ partem, duobus pottiſſimum nominibus commendat, uel quòd uſus eius ad omnem uitæ rationem latiſſime pateat, uel quòd hæc una ſit Philoſophis omnibus inter ſe communis. Poſtremo teſtatur ſe in hac diſputatione Stoicos potiſſimũ ſequi, quod hi uel optime boni finem, ad quem officia omnia referũtur, conſtituerint. Quum Epicurus uoluptate metiens ſummum bonum, atque Ariſtoteles Pyrrho & Herillus tollentes rerum delectum, officij quoque naturam ſubuerterint.*

QVAN-



VANQVAM TE Marce fili annum iam audientem Cratippum (idq; Athenis) abunda re oportet præceptis institutisq; Philosophiæ, propter summã & doctoris autoritatem, & urbis, quorum alter tè scientia augere potest, altera exemplis, tamen ut ipse ad meam utilitatem semper cum Græcis Latina coniunxi, neque id in Philosophia solum, sed etiam in dicendi exercitatione feci, idem tibi censeo faciendum, ut par sis in utriusq; orationis facultate. Quam quidẽ ad rem, nos (ut uidemur) magnũ attulimus adiumentum hominibus nostris, ut non modo Græcarum literarũ rudes, sed etiam docti aliquantum se arbitrentur adeptos, & ad dicendum, & ad iudicandũ. Quamobrem disces tu quidẽ à principe huius ætatis philosophorum & disces quamdiu uoles: tamdiu autem uelle debebis, quoad te quantũ proficias non pœnitebit. Sed tamen nostra legens, non multũ à Peripateticis dissidentia (quoniam utrique & Socratici & Platonici esse volumus) de rebus ipsis utere tuo iudicio (nihil enim impedio) orationem autem Latinam efficies profecto legendis

Eadem modo de Amyntha

Rudes eleganter paternum casum addidit.

Dicere Oratoris, iudicium rerum Philosophi.

Honesta gradatio.

Vtriq;, id est, tu qui Peripateticos sequeris & ego qui Academicos sum.

gendis nostris pleniorem. Nec uero arrogan ter hoc dictum existimari uelim. Nam philosophandi scientiam concedens multis, quod est Oratoris proprium, apte, distincte, ornatêque dicere (quoniam in eo studio ætatem consumpsimus) si id mihi assumo, uideor id meo iure quodammodo uendicare. Quamobrem magnopere te hortor mi Cicero, vt non solũ Orationes meas, sed hos etiã de Philosophia Libros, qui se iam illis ferè æquarunt, studiose legas. Vis enim dicendi maior est in illis, sed hoc quoq; colendum est æquabile & temperatum orationis genus. Et id quidem nemini Græcorum uideo adhuc contigisse, ut idem utroq; in genere, laboraret, sequereturq; & illud Forense dicendi, & hoc quietum disputãdi genus. Nisi forte Demetrius Phalereus in hoc numero haberi potest, disputator subtilis, Orator parũ vehemens, dulcis tamen vt Theophrasti discipulum possis agnoscere. Nos autem quantum in vtroque profecerimus, aliorum sit iudiciũ. Vtrũque certè sequuti sumus. Equidem & Platonem existimo, si genus Forense dicendi tractare voluisset, grauissime & copiosissime potuisse dicere. Et Demosthenẽ, si illa quæ à Platone didicerat tenuisset, & pronunciare voluisset, ornate splendideq; facere potuisse.

Nam olim qui Peripatetici, ijdẽ et Academici erant.

Deprecatur inuidiã arrogantiæ figurã quã Licentiam uocãt Quodammodo modestiam auget.

Aequarũt ad quantitatem refertur.

In oratiõibus contentio in disserendo sermo sedato.

Inter Philosophos in uno Demetrio etiã

am dicendi studium.

Platoni dicendi exercitatio. De mostheni, Philosophãdi fuit.

Aemulatio inter Aristotelem Philosophum & Isocratem, Rhetorẽ.

Commendat officia à persona utriusque, deinde ab utilitate et commoditate.

Epicureos notat.

potuisse. Eodemq; modo de Aristotele & Isocrate iudico, quorum vterque suo studio delectatus, cõtempsit alterum. Sed cum statuissem aliquid hoc tẽpore ad te scribere, & multa posthac, ab eo exordiri volui maxime, qđ & ætati tuę esset aptissimũ, & auroritati meæ. Nam cũ multa sint in Philosophia & grauia & vtilia, accurate copioseq; à Philosophis disputata, latissime patere videntur ea, quæ de Officijs tradita ab illis & præcepta sunt. Nulla enim vitę pars neq; publicis, neq; priuatis, neq; Forensibus, neque domesticis in rebus, neq; si tecum agas quid, neq; si cum altero cõtrahas, uacare officio potest. In eoq; & colendo sita vitæ est honestas omnis, & negligendo turpitudo. Atq; hæc quidem quæstio communis est omnium Philosophorum. Quis est enim qui nullis officij præceptis tradẽdis, philosophum se audeat dicere? Sed sunt nõ nullę disciplinæ, quæ propositis bonorũ & malorum finibus, officium omne peruertant. Nam qui summũ bonum sic instituit, vt nihil habeat cum virtute coniunctum, idq; suis commodis, non honestate metitur, hic si sibi ipse consentiat & non interdum naturæ bonitate uincatur, fit, vt neq; amicitiam colere possit, nec iusticiam nec liberalitatem. Fortis vero, dolorem sum-

rem summũ malum iudicans: aut temperans, voluptatem summũ bonum statuens, esse certè nullo modo potest. Quæ quãquam ita sunt in promptu, vt res disputatione nõ egeat, sunt tamen à nobis alio loco disputata. Hæ disciplinæ igitur si sibi consentaneæ esse velint, de officio nihil queant dicere. Neq; vlla officij præcepta firma, stabilia, coniuncta naturę tradi possunt, vt si ab his, qui solam virtutẽ, aut ab his qui maxime honestatem propter se dicant expetendam. Itaq; propria est ea præceptio Stoicorum, Academicorum, & Peripatetícorum: quoniam Aristonis, Pyrrhonis, & Herilli, iam pridem explosa sententia est. Qui tamen haberent ius suũ disputandi de officio, si rerũ aliquem delectum reliquissent, vt ad officij inuentionem aditus esset. Sequimur igitur hoc quidem tempore, & in hac quęstione potissimum Stoicos, non vt interpretes, sed vt solemus, è fontibus eorũ iudicio arbitrioq; nostro, quantum quoquo modo videbitur, hauriemus.

In Libris de Finibus scripsi

Solam honestatem. Stoicos significans qui maxime, Peripateticos.

* *Quanquã te.*) *Propositio, Latine de Philosophia. Estq; figurata occupatione, tametsi Græcis abundes.*

Quam quidem.) *Circunstantia. Sæpe aliàs Latine scripsi de Philosophia.*

Quamobrem.) Reiectio. Res alij fortè tradent nõ infœliciter, at mea proderunt ad Latine dicendũ.

Non pœnitebit.) Id est, non parum uidebitur, sicut Terentius in Heautontimorumenon.

Nec uero arroganter.) Αἰτιολογία cur sua putet conducere ad locupletandam facundiam.

Vis enim dicendi.) Duplex dicendi genus: Tragicum & uiolentum in Forensibus orationibus. Comicum & summissum in philosophicis disputatiõibus.

Et id quidem.) Amplificat collatione Græcorũ, quod nemo elaborauit in utroque genere dicendi.

Sed cum statuissent.) Secunda pars præfationis, cur de officijs scribat.

Latissime patere.) Ab utilitate.

Nulla enim.) Συναθροισμὸς

Sed sunt.) Taxat eos, qui parum ciuiliter præceperunt de officijs.

Nam qui summum.) Hoc ad Epicureos pertinet, quanquam enim summum bonum in uoluptate ponat Epicurus, tamen nõ potest perpetuo uoluptatem inter optima ducere. Sæpe enim honestatem coget natura preferre, neque enim promiscuas libidines probare poterit, itaq; à natura uincitur.

Quoniam Aristonis.) Aristo & Pyrrho nullum delectum mediarum rerum reliquerunt: ut inter optime & pessime ualere: inter inopiam & diuitias, nihil dicerent interesse. Id uero alienum est à communi

muni uita, & ciuili consuetudine. Herillus solam scientiam dicebat esse bonum.

PLacet igitur quoniã omnis disputatio de officio futura est, ante definire quid sit officium, quod à Panætio prætermissum esse miror. Omnis enim quę à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet à definitione proficisci, vt intelligatur quid sit id, de quo disputetur.

Idem in oratione Lysiæ notauit Socrates in Phædro Platonis.

* Placet igitur.) Principio definitio est concipienda ex Dialecticorum doctrina.

¶ Quoniam non est simplex officij uocabulum, neque poterat in genere definiri commode, diuisione explicat, duplici quidem uerbis, sed re eadem. Facit autem ex Stoicorum sententia duo genera officiorum, alterum, quod perfectum uocant, estq; cum fine boni coniunctum, neque in quenquam præterquam in sapientem competit: Alterum, medium siue inchoatum, quod per se neque bonum sit, neque malum: sed ad usum aliquem uitæ sumitur, ut recte depositũ reddere, perfecti sit officij: depositum reddere, imperfecti, cum recte nisi sapiens nemo reddat, reddant autem simul & stulti. Diuus autem Ambrosius prioris generis esse putat, quæ secundum consilia fiunt: posterioris, quæ secundum præcepta, ut bene administrare rem, ad inchoatum officium pertineat, erogare in pauperes, ad perfectum.

Diuisio Officij.

Inchoata officia est, si cũ summo bono coniuncta non sunt, tamen eodem referuntur.

OMnis de officio duplex est quæstio: Vnum genus est, quod pertinet ad finẽ bonorum: Alterum, quod positum est in præceptis, quibꝰ in omneis parteis usus uitæ confirmari possit. Superioris generis huiusmodi Exempla sunt. Omniãne officia perfecta sint, nunquid officium aliud alio maius sit, & quæ sint eiusdem generis. Quorum autem officiorum præcepta traduntur, ea quanquam pertinent ad finem bonorum, tamen id minus apparet, quia magis ad institutionẽ uitæ cõmunis spectare videntur, de quibus est nobis his Libris explicandum. Atqꝫ etiam alia diuisio est officij: nam & medium quoddam officium dicitur, & perfectum. Perfectũ autem officiũ rectum (opinor) vocemus, quoniam Græci κατὸρθωμα appellant. Hoc autem commune officium κάθηκον μέσον vocant. Atque ea sic definiunt, vt rectũ quod sit, id perfectum officium esse definiant. Medium autem officiũ id esse dicunt, quod quũ sic factum sit, ratio probabilis reddi possit.

Perfectum officiũ κατόρθωμα, quod in 3. de finibus Cicero tũ rectũ tum recte factũ interpretatur: est honestatis actio ꝓpter se expetẽda.

* *Omnis de officio.*) *Sicut medicina dupliciter tractatur. Nam aut μεθοδικῶς causæ uerborum excutiuntur & remediorum. Aut tantum præcepta sanitatis, aut remedia traduntur, quod sæpe solent*

aniculæ

micule imperitæ causarum. Ita de officijs bifariam scribitur. Nam aut natura hominis & finis bonorum μεθοδικῶς inquiritur. Aut παραινέσεις tantum traduntur, sine disputatione accuratiore de natura hominis & de bonis: ut sunt præcepta Phocylidis, aut Theognidis, aut quæ dicuntur Catonis. Hoc modo Cicero profitetur hic se præcepta congessisse.

Græci κατόρθωμα) κατόρθωμα perfectum officium est, & negabant ullum factum esse cuiusquam tale. Medium uero officium tribuebant mediocribus & ciuilibus uiris, quare hic περὶ κατωρθωτῶν nihil disputat: quæ tantum disputando imaginamur, sicut perfectum Oratorem, aut alias species in artibus.

Quæ in deligendis rebus deliberandi ratio.

TRiplex igitur est, vt Panætio videtur, consilij capiendi deliberatio. Nam aut honestumne factu sit, an turpe, dubitat, id quod in deliberationem cadit: in quo considerando sæpe animi in contrarias sententias distrahuntur. Tum autem inquirunt, aut consultant ad vitæ commoditatem, iucunditatem q̃, ad facultates rerum atq; copias, ad opes, ad potentiam, quibus & se possunt iuuare, & suos, conducat id nec ne, de quo deliberant. Quæ deliberatio omnis in rationem vtilitatis cadit. Tertium dubitandi genus est, cũ

Tres loci de deliberatione, honestum, utile, ad quẽ referũtur, & illa magnum iucũdum, sine periculo, tertium addit Fabius quem &c.

πάτον, id est, possibile nominat

Præcipua diuisionis uirtus, ut absoluta sit.

Comparatio nō modo in omnes partes sua soriæ, sed etiam in plerasq; iudicialis incidit generis.

Partitio totius quæstionis de Officijs.

pugnare videtur cum honesto id quod videtur esse utile. Cum enim vtilitas ad se rapere, honestas contra reuocare ad se videtur, fit vt distrahatur in deliberando animus, afferatq; ancipitem curam cogitandi. Hac diuisione (cum præterire aliquid maximum vitium in diuidēdo sit) duo prætermissa sunt. Nec enim solum vtrum honestum an turpe sit deliberari solet, sed etiam duobus propositis honestis, vtrum honestius. Itemq; duobus propositis vtilibus, vtrum vtilius. Ita quam ille triplicem putauit esse rationem in quinq; partes distribui debere reperitur. Primum igitur est de honesto, sed dupliciter, tum pari ratione de vtili, post de comparatione eorum disserendum.

* *Tum autem.*) *Genera rerum ad quæ tanquam ad scopos diriguntur omnia consilia & facta: Honestum & utile, quæ sibi pueri proponant, ut discrimina & rerum & factorum humanorum perspiciant.* ¶ *Ex ueteris Academiæ & Stoicorum sententia, qui summum bonum á natura proficisci putant: & hoc ipsum esse beate uiuere, secundum naturam uiuere commemorat, quæ semina nobis natura inseuerit, quæq; adminicula addiderit: quibus accedente industria ac usu, ad fœlicitatem, quo referuntur omnia, proficiamus. Nam primo loco omni animanti studiū tuendi*

tuendi sui indidit, id quod iure naturæ, est hominum cum pecudibus commune uocatur κατὰ φύσιν πρῶτον, id est, secũdum naturam primum, consequens est appetitus eorum, quæ incolumitati sunt amica: fuga eorum, quæ noxia. Verum homini quoniam non solum è corpore constabat, sed etiam ex animo, ut totus esse possit incolumis: ratiocinandi uim addidit, unde disciplinæ omnes, & uirtutes illæ morales proficiscuntur.

PRincipio generi animantium omni est à natura tributum, vt se, vitam, corpusq; tueatur, declinetq; ea, quæ ei nocitura vi deantur, omniaq; quæ sint ad viuendum necessaria, inquirat, & paret, vt pastum, vt latibula, vt alia eiusdem generis. Commune autem animantium omnium est, coniunctionis appetitus procreandi causa; & cura quędam eorũ, quę procreata sunt. Sed inter hominem & beluam hoc maxime interest quod hęc tantum quantũ sensu mouetur ad id solum quod adest, quodq; præsens est se accommodat, paulum admodum sentiens præteritum, aut futurum. Homo autem, qui rationis est particeps, per quam consequentia cernit, causas rerũ videt, earũq; progressus, & quasi antecessiones nõ ignorat, similitudines comparat, rebusque præsentibus adiungit atq; annectit, facile to-

Amor sui naturæ primum.

Appetitus & fuga.

Quid interſit inter hominis prima & beluarum. Ratiocinandi uis homini propria.

futurar

tius vitæ cursum videt, ad eamq; degendam præparat res necessarias. Eademq; natura, vi rationis hominẽ conciliat homini, & ad orationis & ad vitæ societatem. Ingeneratq; in primis præcipuũ quendam amorem in eos qui procreati sunt, impellitq; vt hominum cœtus & celebrari inter se, & sibi obedire velit, ob easq; causas studeat parare ea quæ suppeditẽt ad cultum, & ad victum, nec sibi soli, sed coniugi, liberis, cæteris q; quos charos habeat, tueriq; debeat. Quæ cura exuscitat etiam animos, & maiores ad rem gerendam facit, In primisq; hominis est propria veri inquisitio, atq; inuestigatio. Itaq; cum sumus necessarijs negocijs, curisq; vacui, tum auemus aliquid uidere, audire ac discere, cognitionẽmque rerũ aut occultarum, aut admirabiliũ ad bene beatẽque viuendum, necessariam ducimus. Ex quo intelligitur, quod verum, simplex, syncerumq; sit, id esse naturæ hominis aptissimum. Huic veri uidendi cupiditati adiuncta est appetitio quædam principatus, vt nemini parẽre animus bene informatus à natura velit, nisi præcipienti aut docenti, aut vtilitatis causa iuste & legitime imperanti, ex quo animi magnitudo existit, humanarumq; rerum contemptio. Nec vero illa parua vis naturæ est rationisque,

Iustitiæ semina.

Liberalitatis semina.

Prudentiæ semina.

Auemus & cupimus unde auidus.

Magnanimitatis semina.

Modestiæ seu temperantiæ semina.

Decori quod est in uitæ seminarium.

nisque, quod vnum hoc animal sentit quid sit ordo, quid sit quod deceat, in factis, dictisque qui sit modus. Itaq; eorũ ipsorum, quæ aspectu sentiuntur: nullum aliud animal pulchritudinem, venustatem, conuenientiam partium sentit. Quam similitudinẽ natura, ratioq; ab oculis ad animum transferens, multo etiam magis pulchritudinem, constantiam, ordinem in consiliis, factisq; cõseruanda putat, cauetq; ne quid indecore effœminatêue faciat, tum in omnibus & opinionibus & factis, ne quid libidinose aut faciat, aut cogitet. Quibus ex rebus conflatur & efficitur, id quod quærimus honestum, quod etiam si nobilitatum nõ sit, tamen honestum sit, quòdque vere dicimus, etiam si à nullo laudetur, laudabile esse natura. ~~Fortunã~~ quidem ipsam Marce fili, & tanquam faciem honesti vides, quæ si oculis cerneretur, mirabiles amores (vt ait Plato) excitaret sapientiæ. Formã

Honestum à natura inuestigat cuius semina hominibus ingenita.

* *Principio generi.*) *Vtilis in primis disputatio, quo modo sint innata semina uirtutum humanis animis. Illa semina dicuntur aliàs leges naturæ. Suntq; προλήψεις quædam, hoc est, opiniones, quas ex natura sine doctore tenemus, de moribus nemini iniu-*

Oculi, ad cognitionẽ principes. Ex his honestũ, quod est τέλος id est, finis & κατόρμα, quod est per se laudabile etiam si nemo laudet. Socrates in Phaedro Platonis.

riam facere, tueri sobolem & cõmissos nostræ fidei, non nimio labore aut luxu naturam corrũpere, sed modum in dictis, factis, uitaq; omni conseruare.

Vt ait Plato.) Ex Phædro Platonis: Δεινοὺς γὰρ ἂν παρεῖχεν ἔρωτας εἴτ' τοιοῦτον ἑαυτ' ἐνάγες εἴδωλον παρείχετε εἰς ὄψιν ἴον.

¶ *De quatuor uirtutibus, unde omnia uitæ communis officia manant, Prudentia, Iustitia, Fortitudine & temperantia, ac de materia singulorum.*

SEd omne quod honestum est, id quatuor partium oritur ex aliqua, aut enim in perspicientia veri solertiaq; uersatur, aut inhominum societate tuenda tribuendo qd' suum est cuiq;, & rerum contractarũ fide, aut in animi excelsi atq; inuicti magnitudine ac robore, aut in omnium, quę fiunt, quęq; dicũtur, ordine & modo, in quo est Modestia & Temperantia. Quæ quatuor quanquã inter se colligata atq; implicata sunt, tamen ex singulis certa officiorũ genera nascuntur, velut ex ea parte quæ primo descripta est (in qua sapientiam & prudentiam ponimus) inest indagatio atq; inuentio veri, eiusq; virtutis hoc munus est proprium. Vt enim quisq; maxime ꝑspicit, quid in re quaq; verissimum sit, quiq; acutissime & celerrime potest & uidere & explicare rationem, is prudentissimus, & sapientissimus

Omnes uirtutes una uirtus absoluta iuxta Platonem.

Prudentia in ueri perspicientia sita est: fõs re-

tissimus rite haberi solet. Quocirca huic quasi materia quam tractet, & in qua versetur subiecta est veritas. Reliquis autem tribus virtutibus necessitates propositæ sunt ad eas res parandas tuendasq; quibus actio vitæ continetur, vt & societas hominũ coniunctioq; seruetur, & animi excellentia magnitudoq;, cum in augendis opibus vtilitatibusq; & sibi & suis cõparandis, tum multo magis in his ipsis despiciendis eluceat. Ordo autem & constantia & moderatio, & ea quæ sunt his similia, versantur in eo genere, ad quod adhibenda est quædam actio, non solum mentis agitatio. His enim rebus quę tractantur in vita, modũ quẽdam adhibentes & ordinẽ, honestatem & decus conseruabimus.

reliquarũ. Iustitia in societate uitæ. Fortitudo in contemptu difficultatum. Temperantia in æquabili modo rerũ omniũ Decorum uelut umbra corpus honestatẽ cõsequitur

* *Sed omne quod.*) *Species honesti quatuor uirtutes. Iustitia suum cuiq; reddit. Prudentia deliberat de omnibus. Fortitudo commissos nobis tuetur. Modestia naturam cõseruat, ne nimius uel labor uel luxus corrumpat.*

¶ *De Prudentia uirtutum omnium principe, & quid in ea fugiendum, quid sequendum.*

EX quatuor autem locis in quo honesti naturam vimq; diuisimus, primus ille, qui in veri cognitiõe consistit, maxime naturam attingit humanam. Omnes enim

Prudentia uis primũ a natura.

trahimur

trahimur & ducimur, ad cognitionis & scientiæ cupiditatem, in qua excellere pulchrũ putamus, labi autẽ, errare, nescire, decipi, & malum & turpe ducimus. In hoc genere naturali & honesto duo vitia vitanda sunt: Vnum, ne incognita pro cognitis habeamus, hisq; temere assentiamur. Quod vitium effugere qui volet (omnes autem velle debent) adhibebit ad considerandas res, & tempus & diligentiam. Alterum est vitium, quod quidam nimis magnũ studium multamq; operam in res obscuras atq; difficiles conferunt, easdemq; non necessarias. Quibus vitijs declinatis, quod in rebus honestis & cognitione dignis operæ curæq; ponetur, id iure laudabitur, vt in Astrologia C. Sulpitium Gallum audiuimus, & in Geometria Sextum Pompeium ipsi cognouimus; multos in Dialecticis, plures in iure ciuili. Quæ omnes artes in veri inuestigatiõe versantur, cuius studio à rebus gerendis abduci contra officium est. Virtutis enim laus omnis in actione consistit, â qua tamen sæpe fit interm issio. Multiq; dantur ad studia reditus, tum agitatio mentis, quæ nunquam quiescit, potest nos in studijs cogitationis etiam sine opera nostra continere. Omnis autem cogitatio motusq; animi, aut in consilijs capiendis de rebus

Temeritas asserendi uitiosa.

Curiositas fugienda.

Quibus in disciplinis elaborandum.

Sulpitius exercitum Romanum falsa formidine liberauit, lunaris eclipsis rationem edisserens Sexto

rebus honestis,& pertinentibus ad bene beatèque viuendum,aut in studijs scientiæ cognitionisque versabitur,ac de primo quidem officij fonte diximus.

Pompeius Geometriæ studiosus. Dialectica Ius politicum.

* Primus ille.) Prudentiæ ueri cognitio.

TemPus.) Aristoteles: Tempus artium autor.

In Astrologia C. Sulpitium) Vide Plutarchum in vita Pauli Aemilij.

Quibus uitijs.) Et sane perniciosum est pronunciare de ijs in quibus non sis diu uersatus.

Omnis autem.) Prudentiæ munera de moribus deliberare, & naturam inquirere.

IVSTICIA.

De tribus autem reliquis latissime patet ea ratio, qua societas hominum inter ipsos, & vitæ quasi communitas continetur. Cuius partes duæ sunt. Iustitia,in qua virtutis splendor est maximus,ex qua boni viri nominantur et huic est coniuncta beneficentia,quam eandem uel benignitatem uel liberalitatem appellari licet. Sed iustitiæ primum munus est vt ne cui quis noceat,nisi lacessit9 iniuria. Deinde ut communibus pro communibus vtatur,priuatis ut suis. Sunt autem priuata natura nulla,sed aut veteri occupatione, vt qui quondam in uacua venerunt,aut victoria,vt,ui bello potiti sunt,aut lege,aut pactione,con-

Iustitia & beneficentia.

7.

8.

Priorls generis partes.

9.

ne, conditione, sorte Ex quo fit vt ager Arpinas Arpinatium dicatur. Tusculanus Tusculanorum. Similisq; est priuatarum possessionũ descriptio. Ex quo quia suum cuiusq; fit eorũ, quæ natura fuerant cõmunia quod cuicq; obtigit, id quisq; teneat. Eo si quis plus sibi appetat, violabit ius humanæ societatis Sed quoniam, vt præclare scriptum est à Platone, non nobis solũ nati sumus, ortusq; nostri partem patria vendicat, partem parentes, partem amici atq; (vt placet Stoicis) quæ in terris gignuntur ad vsum hominum omnia creari, homines autem hominum causa esse generatos, vt ipsi inter se alijs alij prodesse possent, in hoc naturam ducem debemus sequi, & cõmunes vtilitates in medium afferre mutatione officiorum, dando, accipiendo, tum artibus, tum opera, tum facultatibus deuincire hominum inter homines societatem.

Apud iurisconsultos res quædã cõmunes singulorum quædã uniuersitatis, quædam nullius.

10 *Describito ex iure ciuili.*

Ad Archiam.

11

12 *Beneficentia quibus rebus constet.*

* *Sed iustitiæ.*) *Iustitiæ munus, nec corpus alterius, nec res occupare.*

Eo si quis.) *Communicatio rerum quamuis priuatarum ratione fit.*

¶ *Fides iustitiæ fundamentũ ab Etymologia.*

Fides unde dicta.

FVndamentum autem iustitiæ est fides, id est, dictorum conuentorumq; cõstantia & veritas. Ex quo quanquam hoc videbitur

debitur fortasse cuipiam durius, tamen audeamus imitari Stoicos, qui studiose exquirunt vnde verba sint ducta, credamusq́, quia fiat quod dictum est, appellatam fidem.

* Fides est.) *Fides uinculum contractum.*

¶ *Duo item iniustitiæ genera, ut iustitiæ, & unde oriantur.*

SEd iniustitiæ duo genera sunt: Vnum eorum qui inferunt: alterum eorum, qui ab his, quibus infertur, (si possunt) non propulsant iniuriam. Nam qui iniuste impetum in quempiam facit, aut ira, aut aliqua perturbatione incitatus, is quasi manus violenter uidetur afferre socio: Qui autem non defendit, nec obsistit, si potest iniuriæ, tam est in uitio, quàm si parentes, aut amicos, aut patriam deserat. Atq́ illæ quidem iniuriæ, quæ nocendi causa de industria inferuntur, sæpe à metu proficiscuntur, cum is qui alteri nocere cogitat, timet ne nisi id fecerit, ipse aliquo afficiatur incommodo. Maximam autem partem ad iniuriam faciendam aggrediuntur nonnulli ut adipiscantur ea quæ concupierunt, in quo uitio latissime patet auaritia. Expetuntur autem diuitiæ, tum ad usus uitæ necessarios, tum ad perfruendas uoluptates. In quibus autem maior est animus, in his pecuniæ cupiditas spectat ad opes

Iniurius et desertor pariter in uitio. 13

Iniuriæ à metu.

Iniuria ab imprudente, iniuria nõ est, nisi ipsa uitiosa sit ignorantia. Aristoteles: Iniuriæ ab auaritia. 14.

ad opes, & ad gratificandi facultatem, vt nuper M. Crassus negabat vllam satis magnam pecuniã esse ei, qui in Republica princeps vellet esse, cuius fructibus exercitum alere non posset. Delectant etiam magnifici apparatus vitæq; cultus cum elegantia & copia, quibus rebus effectum est, vt infinita pecuniæ cupiditas esset. Nec vero rei familiaris amplificatio nemini nocens vituperanda est. Sed fugienda semper iniuria est. Maxime autem adducuntur pleriq;, vt eos iustitiæ capiat obliuio, cum in imperiorum, honorum, gloriæ cupiditatem inciderint. Quod enim est apd' Ennium: Nulla sancta societas nec fides regni est, id latius patet. Nam quicquid euiusmodi est, in quo nõ possint plures excellere, in eo plerunq; fit tanta contentio, vt difficilimum sit sanctam seruare societatem. Declarauit id modo * temeritas Caij Cæsaris, qui omnia iura diuina & humana peruertit, propter eum, quem sibi ipse opinionis errore finxerat, principatum. Est autem in hoc genere molestum, quod in maximis animis, splendidissimisq; ingenijs plerunque existunt honoris, imperij, potentiæ, gloriæ cupiditates. Quo magis cauendũ est, ne quid in eo genere peccetur.

Crassus diues.

Iniuria à magnificẽtiæ studio.

Iniuria ab ambitiõe.

Modo pro admodum nuper.

** Tempestas.*

Animi sublimitatem pprie Cæsari tribuit Plinius.

* *Sed iniustitiæ duo.*) Αντιθεσις *uis & fraus duo*

uitia

uitia pugnantia cum uirtute. Nulla sancta societas.) Lucanus: Nulla fides regni socijs, omnisq; potestas: Impatiens consortis erit.

¶ *Iniuria alia, alia leuior.*

SEd in omni iniustitia permultum interest, vtrum perturbatione aliqua animi, quæ plerunq; breuis est, & ad tempus, an consulto & cogitato fiat iniuria. Leuiora enim sunt ea, quæ repentino aliquo motu accidunt, quã ea quæ meditata, & præparata inferuntur. Ac de inferenda quidem iniuria satis est dictum.

¶ *Causas recenset, unde secundum iniustitiæ genus oriatur.*

PRætermittendæ autem defensionis deserendiq; officij plures solent esse causæ. Nam aut inimicitias, aut laborem, aut sumptus suscipere nolũt, aut etiã negligentia, pigritia, inertia, aut suis studijs, quibus dã mue occupationibus sic impediuntur, vt eos, quos tutari debeant, desertos esse patiantur. Itaq; videndum est ne non satis sit id, quod apud Platonem est in Philosophos dictum, quod in veri inuestigatione versentur, quodq; ea, quæ plerisq; vehementer expetant, de quibus inter se digladiari soleant, contemnant & pro nihilo putent, propterea iustos esse. Nam dũ

Metus incõmodorũ fuga sumptus.
Desidia.
Occupatio.
Damnat ignauiam Philosophiam.
Hoc Plato in

C alterum

alterum iustitiæ genus assequuntur in inferen da, ne cui noceant iniuria, in alterum incidũt. Discendi enim studio impediti, quos tueri debent, deserunt. Itaq; eos ad Rempublicam ne quidem accessuros putat nisi coactos. Aequi⁹ autem erat id uoluntate fieri. Nam hoc ipsũ ita iustum est, quod recte fit, si est voluntariũ. Sunt etiam qui aut studio reifamiliaris tuendæ, aut odio quodam hominum, suum se negocium agere dicant, ne facere cuiquã videãtur iniuriam: qui dum altero iniustitiæ genere vacant, in alterum incurrunt. Deserunt enim vitæ societatem, quia nihil conferunt in eam studij, nihil operæ, nihil facultatum. Quando igitur duobus generibus iniustitiæ propositis, adiunxim⁹ causas vtriusque generis, easq; res antè constituimus, quib⁹ iustitia contineretur, facile quod cuiusq; temporis officium sit, poterimus (nisi nosmetipsos valde amabimus) iudicare. Est enim difficilis cura rerum alienarum, quanquã Terentianus ille Chremes, humani nihil à se alienum putat. Sed tamẽ quia magis ea percipimus atq; sentimus, quæ nobis ipsis aut prospera aut aduersa eueniunt, quàm illa, quæ cæteris, quæ quasi longo interuallo interiecto videmus, aliter de illis ac de nobis iudicamus. Quocirca bene ptæcipiunt, qui

in libris de Republica eleganter ostẽdit per fabulã de ijs qui uincti in specu sedent, id qd' Ciceroni non probari uiro politico & natura sub inani non est mirum.

Alta disserendi officij causa.

Horatius.

Dissimulator opis ꝑ priæ mihi commodus uni.

Ex Heau-

qui vetant quicquam agere, quod dubites, æquum sit an iniquum. Æquitas enim lucet ipsa per seſe, dubitatio autem * cogitationem significat iniuriæ.

tontimorumenos initio.

* Prætermittendæ.) De his, qui uim propulsant.

Ac, β quã, Prouerbium. Quæ dubitas, ne feceris.

Aut etiam negligentia.) Epicuri dogma est λάτε βιώσας, quo uetuit attingi Respublicam. Id reprehendit hic M. Cicero. Est autem & apud Hora.

Nec uixit male, qui natus moriensq; fefellit.

Aut odio quodam.) Τίμωνες οἱ μισάνθρωποι taxantur.

*Alias cognitionem

Quoniam igitur.) ἐπίλογος.

Est enim difficilis.) Difficultas in conseruando officio.

¶ Docet officia pro circumstantiis uariari, & qđ officiosum erat, id contra officium fieri duobus maxime modis, si aut ab utilitate recedatur, aut minus utile præferatur utiliori, quin interdum præter officiũ esse nimium inhærere iuris apicibus.

SEd incidunt sæpe tempora, cum ea quæ maxime videntur digna esse iusto homine, eoq; quem uirum bonum dicimus, cõmutantur. fiuntq; contraria, vt reddere depositum, etiamne furioso promissum facere: quæq; pertinent ad veritatem & ad fidem, ea negare interdum, & non seruare, sit iustum. Referri enim decet ad ea, quæ posui principio

Eam benignitatem dixit.

Communi id est, tum ei9 qui præstat iustũ, tũ illius in quem

quę præstatur.

fundamenta iustitiæ: primum vt ne cui noceatur: deinde, vt communi vtilitati seruiatur: Ea cum tempore commutantur. Commutatur officium, & non semper est idem. Potest enim accidere promissum aliquod, & conuentum, ut id effici sit inutile, uel ei, cui promissū sit, uel ei qui promiserit. Nam si (vt in Fabulis est) Neptunus quod Theseo promiserat, non fecisset, Theseus filio Hippolito nō esset orbatus. Ex tribus enim optatis (ut scribitur) hoc erat tertium, quod de Hippolyti interitu iratus optauit: Quo impetrato, in maximos luctus incidit. Nec promissa igitur seruanda sunt * ea, quæ si sint iis quibus promiseris inutilia, nec si plus tibi ea noceant, quàm illi prosint cui promiseris. Contra officium est maius damnum anteponi minori: ut si cōstitueris te cuipiam aduocatū in rem prędsentem esse uenturum, atque interim grauiter ægrotare filius cœperit, nō sit contra officium, non facere qđ dixeris: Magisq; ille, cui promissum sit ab officio discedat, si se destitutum queratur. Iam illis promissis non standum esse quis nō videt? Quæ coactus quis metu, aut deceptus dolo p̄ miserit. Quæ quidem pleraque iure prætorio liberantur, nonnulla legibus.

Conuenta præstare nōnunquā contra officium.

Tragicum exemplum Theseus tria optauerat ab auo Neptuno, ut Minotaurum cōficeret, ut sibi ad inferos daretur aditus: ut Hippolytū ulciscereturr

** Vetus exemplar: seruanda sunt ea quę sint*

* *Sed incidunt sæpe.*) Iniustum ex circumstantia, id uero

uero etiam ad summam iustitiæ legem referendũ est, ne quis lædatur. Nam inferiores leges omnes ita demum sequendæ sunt, si cũ summa illa consentiant. At depositum gladium si reddas furioso, summam legem uiolaueris.

sint his quibus præmissis mutilia Nec si tibi ea plus noceant. Stare promissis, ut manere dictis

Nam si ut in Fabulis.) Optauerat Theseus, ut Minotaurum conficeret, ut adiret inferos.

In rem præsentem.) In iudicium, nam in ipsis primum disceptabatur.

¶ *In Iuridicialibus officijs æquitas spectanda, non uerbis inhærendum.*

EXistũt etiam iniuriæ sæpe calumnia quadam & nimis callida, sed malitiosa iuris interpretatione: Ex quo illud summum ius, summa iniuria factum est iam tritum sermone prouerbium Quo in genere etiam in Republica multa peccantur ut ille, qui cum triginta dierum essent cum hoste factæ induciæ, noctu populabatur agros quod dierum essent pactæ, non noctium induciæ. Nec noster quidem probandus, si uerum est Q. Fabium Labeonem seu quem aliũ (nihil enim præter auditum habeo) arbitrum Nolanis & Neapolitanis de finib⁹ agri à senatu datum, quum ad locũ uenisset, cum vtrisque separatim loquutum, ne cupide quid agerent, ne quid appeterent, atq; ut regredi quã progredi mallent: Id

Ex Heautontimorumeno. Terentiana.

13. Plutarch⁹ hoc cõmentum Cleomenij Lacedæmonio asscribit in apothegmatib⁹ La. Q. Labeo.

cum vtrique feciſſent, aliquantum agri in medio relictum eſt. Itaque illorum fines ſicut ipſi dixerant, terminauit. In medio relictum quod erat, populo Romano adiudicauit. Decipere hoc quidem, non iudicare eſt. Quocirca in omni re fugienda eſt talis ſolertia. Sunt autem quædam officia etiam aduerſus eos ſeruanda à quibus iniuriam acceperis. Eſt enim vlciſcendi & puniendi modus. Atque haud ſcio, an ſatis ſit eum qui lacesſierit, iniuriæ ſuæ pœnitere, vt & ipſe ne quid tale poſthac faciat, & cæteri ſint ad iniuriam tardiores.

Summum ius.) Fraus in iudicijs.

Sunt autem quædam.) De iure publico bellorum.

Iniuriæ ſuæ pœnitere.) Quem pœnitet facti, is prope non peccauit.

¶ Hactenus de ciuili iuſtitia, nũc de bellicis officijs. Facit autem duo belli genera, quorũ utriq; communia ſunt hæc, ut non niſi iuſtis de cauſis ſuſcipiantur, ne inferantur, niſi rebus repetitis, niſi ſolenniter denunciata, ut rite gerantur, ne ſæuiatur ſupra modum in uictos: humanius etiam qui ſe dedunt recipiantur, fides hoſti etiam priuatim præſtetur, nõ modo in conuentis ſolennibus propria uero ſunt illa, ut cum hoc hoſtium genere qui de imperio certant, humanius agamus: cum his qui uitam noſtram petunt, ſeuerius.

Atque

ATque in Republica maxime conser-
uanda sunt iura belli. Nam quum sint
duo genera decertandi: Vnũ per dis-
ceptationem, alterum per vim: cumq; illud p
priũ sit hominis, hoc beluarũ, confugiendũ
est ad posterius, si vti non licet superiore. Qua
re suscipienda quidem bella sunt ob eam cau-
sam, vt sine iniuria in pace viuatur. Parta au-
tem victoria, conseruandi sunt hi, qui non cru
deles in bello nec immanes fuerunt. Vt maio
res nostri Tusculanos, Equos, Volscos, Her-
nicos in ciuitatem etiam acceperunt. At Car-
thaginem & Numantiam funditus sustule-
runt. Nollem Corinthum, sed credo aliquos
secutos oportunitatem loci, maxime ne pos-
set aliquando ad bellum faciendum locꝰ ipse
adhortari. Mea quidem sententia, paci, quæ
nihil habitura sit insidiarum, semper est, con-
sulendũ. In quo si mihi obtemperatum esset,
si non optimam, at aliquam Rempublicam
(quæ nunc nulla est) haberemus. Et cum his
quos vi deuiceris, consulendũ est, tum hi, qui
armis positis ad Imperatorum fidem confu-
gient, (quàmuis murum aries percusserit) re-
cipiendi sunt. In quo tantopere apud nostros
iustitia culta est, vt hi qui ciuitates, aut natio-
nes deuictas bello in fidem recepissent, earũ

Hostes etiam in ciuitatem recepti.

Carthagore in Africa.

Numantia in Celtiberia à Scipione Aemiliano funditus euersa. Corinthus item in Achaia à L. Mummio fublata, quod Isthmos esset, & ad bellum mouendũ opportuna.

De officio in deditios.

Aries machina qua 16. portæ quatiuntur unde arietare.

patroni essent more maiorum. Ac belli quidem æquitas, sanctissime fœciali populi Romani iure præscripta est. Ex quo intelligi potest nullum bellum esse iustum, nisi quod aut rebus repetitis geratur, aut denunciatum ante sit, & indictum. Pompilius Imperator tenebat prouinciam, in cuius exercitu Catonis filius Tyro militabat. Cum autem Pompilio videretur vnam dimittere legionem, Catonis quoq; filiũ, qui in eadem legione militabat, dimisit. Sed cum amore pugnandi in exercitu remansisset, Catho ad Pompilium scripsit, vt si eum pateretur in exercitu remanere, secundo eum obliget militiæ sacramento quia priore amisso, iure pugnare cum hostibus nõ poterat. Adeo summa erat obseruatio in bello mouendo. Marci quidem Cathonis senis est Epistola ad M. filium, in qua scripsit se audisse eum missum factum esse à consule, quũ in Macedonia bello Persico miles esset. Monet igitur vt caueat ne prælium ineat. Negat enim ius esse qui miles non sit, pugnare cum hoste. Equidem illud etiam animaduerto, quod qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur, lenitate uerbi tristitiam rei mitigatã. Hostis enim apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinũ dicimus. Indicant duode-

Quod in bellis suscipiendis officium.

Quãta sacramẽti militaris religio maioribus. Senis addidit, ne p nepotem huius, Vticensem intelligeres, nisi mauis ad absolutum ætatẽ referri.

duodecim Tabulæ. Aut ſtatus dies cũ hoſte. Itemq; aduerſus hoſtem æterna auctoritas. Quid ad hanc manſuetudinem addi poteſt? Eum qui cum bella geras, tam molli nomine appellare. Quanquam id nomen durius effecit iam vetuſtas, à peregrino enim receſsit, & proprie in eo, qui contra ferret arma, remanſit. Cum vero de imperio decertatur, bellocq; quæritur gloria, omnino ſubeſſe tamẽ cauſas oportet eaſdem, quas dixi paulò ante iuſtas cauſas eſſe. Sed ea bella quibus imperij gloria propoſita eſt, minus acerbe gerenda ſunt. Vt enim cum ciue aliter contendimus, ſi eſt inimicus, aliter ſi competitor, cum altero certamen honoris & dignitatis eſt, cũ altero capitis & famæ. Sic cum Celtibris, cum Cymberis bellum, vt cum inimicis gerebatur, vter eſſet, nõ vter imperaret. Cũ Latinis, Sabinis, Samnitibus, Pœnis. Pyrrho, de imperio dimicabatur. Pœni fœdifragi, crudelis Hannibal, reliqui iuſtiores. Pyrrhi quidem de capitis reddendis illa præclara ſententia eſt.

Nec mi aurũ poſco, nec mi præciũ dederitis.
Nec cauponantes bellum, ſed belligerantes.
Ferro nõ auro vitã cernamus vtricq;. (ſors.
Vôſne velit, an me regnare hera, quidue ferat
Virtute experiamur (& hoc ſimul accipite dictum.)

referre. Olim hoſtes q; nũc peregrini, q; nũc hoſtes olim pduelliões, ſeu pduelles: nã bellũ antiqui duellũ dicebant, Alterũ Status, id eſt, cõſtitutus, præfixus. Cũ ijs qui de imperio contendũt, minꝰ acerbe bellum gerendum. Id eſt, uti ciuis cum ciue. Competitores eiuſmodi pdem

dem honoris candidati.

Quorum virtuti belli fortuna pepercit,
Horundem me libertati parcere certum est,
Dono ducite, doq; volentibus cũ magnis díjs.

Pyrrhi victoris in reddendis captiuis hũanitas.

Regalis sanê & digna Aecidarum genere sententia. Atque etiam si quid singuli temporibus adducti hosti promiserint, est in eo ipso fides conseruanda, vt primo Punico bello Regulus captus à Pœnis, cũ de captiuis commutandis Romam missus esset, iurasset; se rediturum, primum vt venit, captiuos reddendos in senatu non censuit. Deinde quum tenerentur à propinquis & ab amicis, ad supplicũ redire maluit quàm fidem hosti datam fallere. Secundo autem Punico bello, post Cannensem pugnam, quos decem Hannibal Rhomã misit adstrictos iureiurando se redituros esse, nisi de redimendis íjs, qui capti erãt, impetrassent, eos omneis censores quoad quisq; eorũ vixit, quod peieraſſet, in ęrarijs relinquere.

Enniani uersus.

Pyrrhus. rex ad Pyrrhũ Achillis filiũ genus suũ referebat, cui auus fuerat Aeacus.

relique. 17.

Nec minus illum, qui iureiurando fraude culpam inuenerat. Quum enim permissu Hannibalis exisset ẽ castris, redit paulopost quod se oblitum nescio quid diceret, deinde egressus ẽ castris iureiurando se solutum putabat, & erat verbis, re non erat. Semper autem in fide qd sentiris, nõ quid dixeris, cogitandum est, maximum autem Exemplum est iustitiæ in hostem

stem â maioribus constitutum, quũ à Pyrrho perfuga senatui est pollicitus, se venenum Regi daturum, & eum necaturum, senatus eum & C. Fabritius consul Pyrrho dedit. Ita ne hostis quidem & potentis, & bellũ vltro inferentis interitum cum scelere approbauit. Ac de bellicis quidem officijs satis dictum est. Meminerimus autem etiam aduersus infimos iustitiam esse seruandam. Est autem infima conditio, & fortuna seruorũ, quibus non male præcipiũt, qui ita iubent vti, vt mercenarijs ad operam exigendam, iusta præbenda. Cũ autem duobus modis, id est, aut vi, aut fraude fiat iniuria, fraus quasi vulpeculæ, vis Leonis videtur, vtrunque alienissimũ ab homine est, sed fraus odio digna maiore. Totius autem iniustitiæ nulla capitalior est, quàm eorum qui tũ, quũ maxime fallunt, id agunt, vt viri boni esse videantur. De iustitia satis dictum est.

Officiũ domini in seruos.

Triplex nocendi genus, ui apta, fraude occulta, et subadumbrata honesti pſona quod est ōnium scelestissimũ.

* *Parta autem victoria.*) Moderatio in libellis.

Et cum his, quos.) Argumenta moderationis.

Ac belli quidem.) Liuius libro I. de fœcialibus.

Hostis enim apud.) Hostis significat peregrinum ueteri lingua Latinorum.

Cum uero de.) De officio seruando quando de imperio certatur.

Subesse tamen causas.) Cause, aliàs moderationem, aliàs seuitiam requirunt.

Acaci-

Acacidarum genere.) Acacidæ Achillis genus.
Atq; etiã.) Fides etiam hostibus seruanda. (*uãda.*
Meminerimus.) Iustitia etiã aduersus infimos ser-
Est autẽ infima.) Dñis erga suos iustitia seruãda.
Cũ autẽ duobus.) Collatio fraudis & uiolentiæ.

¶ *De Liberalitate secunda iustitiæ parte, quam tamen Aristoteles modestiæ uidetur ãnectere, in qua tria potissimum spectanda docet Cicero: ne quid demus, quod accipienti sit nociturum, neue quod alijs largiamur, ab alijs per iniuriam auferamus. Secundum, ut pro facultatum modo, liberalitatem exerceamus. Tertium ne demus quibus non oportet. Dandũ autem, aut uirtute commendãtis, aut ijs, qui nos hone sta beneuolentia prosequuntur, aut quibus cũ nobis aliquod societatis uinculum intercedit, aut denique qui bene de nobis meriti, quibus & cum fœnore beneficium remetiendum. Postremo societatis humanæ gradus, ã summo fonte repetens, inter se componit, ut quantum cuiq; debetur, tantum præstetur. Sed hæc de parte Seneca pluribus Libris diligentissime scripsit.*

Beneficentia maxĩe secũm naturæ.

DEinceps vt erat propositum de beneficentia ac Liberalitate dicatur, qua quidem nihil est naturæ hominis accommodatius. Sed habet multas cautiones. Vidẽdum est enim primum ne obsit benignitas, & his ipsis quibus benigne videbitur fieri, & cæteris;

teris: Deinde ne maior benignitas sit, q̃ facultates. Tum vt pro dignitate cuiq; tribuatur. Id enim est iustitiæ fundamentum, ad quam hæc omnia sunt referenda Nam & qui gratificantur cuipiam (quod obsit illi, cui prodesse velle videantur) nõ benefici, neque liberales, sed pernicioſi assentatores iudicandi sunt. Et qui alijs nocent, vt in alios liberales sint, in eadem sunt iniustitia, vt si in suam rem alienam conuertant. Sunt autem multi & quidem cupidi splendoris & gloriæ, qui eripiunt alijs, qd alijs largiantur. Hiq; arbitrantur se beneficos, in suos amicos visum iri, si locupletent eos q̃cunq; ratione. Id autem tantum abest ab officio, vt nihil magis officio possit esse cõtrariũ. Videndũ est igitur, vt ea liberalitate vtamur, quæ prosit amicis, nemini noceat. Quare L. Syllæ & C. Cæsaris pecuniarum translatio â iustis dominis ad alienos, non debet liberalis videri. Nihil est enim liberale, quod non idem iustum. Alter locus erit cautionis, ne benignitas maior esset quàm facultates, quòd qui benigniores volunt esse quàm res patitur, primũ in eo peccant, quod iniurioſi sint in proximos. Quas enim copias his & suppeditari æquius est & relinqui, eas transferunt ad alienos. Inest autem in tali liberalitate cupiditas plerũq; rapiendi

Quo modo dandum quantũ & quibus.

Vt si, pro ac si, Terẽtius: Vt si esset frater.

Tyrannica liberalitas Cæsaris et Syllæ.

Dandũ q̃ facultate.

rapiendi & auferendi per iniuriam, vt ad largiendum suppetant copiæ Videre etiam licet plerosq; non tam natura liberales, quàm quadam gloria ductos, vt benefice videantur facere multa, quæ videntur magis proficisci ab ostentatione, quàm à voluntate. Talis autem simulatio vanitati est coniunctiot, quâm aut liberalitati, aut honestati. Tertium est propositum, vt in beneficentia delectus esset dignitatis, in quo & mores eius erunt spectandi, in quem beneficium conferetur, & animus erga nos & communitas & societas vitæ, & ad nostras vtilitates officia ante collata, quæ vt concurrant omnia optabile est. Si minus, plures causæ maioresq; ponderis pl9 habebunt.

Refert quo animo des.

Quib9 dãdum.

Probis uiris, charis aliquo uinculo nobis coniunctis, benemeritis.

* *Deinceps, ut erat.) In beneficentia spectandum principio ne uioletur iustitia. Itaq; tria præcepta colligit, ne beneficijs nostris lædantur, uel ipsi qui accipiunt, uel alij.*

Alter locus.) II. Vt pro modo facultatum nostrarum largiamur,

Tertium est.) III. Vt pro dignitate demus, ne quod in prouerbio est: Suem Veneri. Item beneficiũ accepit qui digno dedit.

¶ *Mores non ad exactam illam sapientis Stoici rationem spectandos, sed ciuilem uirtutis imaginem.*

Quoniam

QVoniam autem viuitur nõ cum perfectis hominibus, planecꝫ sapientibus, sed cum his, in quibus præclare agitur, si sunt simulachra virtutis, etiam hoc intelligendũ puto, neminem omnino esse negligendum, in quo aliqua significatio virtutis appareat. Colendum autem esse ita quemcꝫ maxime, vt quisꝫ maxime his virtutibus lenioribus erit ornatus, modestia, temperantia, ac ipsa, de qua iam multa dicta sunt, iustitia. Nam fortis animus & magnus in homine nõ perfecto nec sapiente, feruentior plerunꝫ est: illæ vero virtutes bonum virum videntur potius attingere. Atcꝫ hæc in moribus considerentur.

A cõtinentia et uerecũdia maxime spectatur hominis indoles

* *Neminem omnino.*) *Hinc illud est: Mores amici noueris, non oderis, quia quædam amicorum uitia ferenda sunt.*

Nam fortis animus.) *Qualis est apud Terentium Mitio.*

¶ *Quomodo considerandæ sit beneuolentia aliorum erga nos.*

DE Beneuolentia autem quam quisꝫ habeat erga nos, primum illud est in officio, vt ei plurimũ tribuamus, à quo plurimum diligimur. Sed beneuolentiam, nõ adolescentorum more ardore quodam amoris, sed

ris, sed stabilitate potius & constantia iudicemus.

Beneficia cũ fœnore remetiẽda à maiori.

¶ *Benemeritis de nobis, quomodo referenda gratis.*

SInt erunt merita, vt non iucunda sed referenda sit gratia, maior quædam cura adhibenda est. Nullum enim officium referenda gratia magis necessariũ est. Quod si ea quæ acceperis vtenda maiore mensura, si modo possis, iubet reddere Hesiodus, quidnam beneficio prouocati facere debemus? An non imitari agros fertiles, qui multo plus afferunt quàm acceperunt? Etenim si in eos quos speramus nobis profuturos, non dubitamus officia conferre, quales in eos esse debemus, qui iam profuerunt? Nam cum duo genera liberalitatis sint, vnum dandi beneficij, alterum reddendi, demus nec ne, in nostra potestate est, non reddere, bono viro non licet, modo id facere possit sine iniuria. Acceptorum autem beneficiorum sunt delectus habẽdi. Nec dubium quin maximo cuiq; plurimũ debeatur. In quo tamẽ in primis quo quisque animo, studio, beneuolentia fecerit ponderandum est. Multi enim faciunt multa temerita-

Beneficia potissimũ animo dantis metienda.

te quadam sine iudicio vel morbo in omnes, vel repentino quodam, quasi vento, impetu animi incitati: quæ beneficia æque magna nõ

sunt

sunt habenda, atq; ea, quæ iudicio considerate constanterq; delata sunt. Sed in collocando beneficio, & in referenda gratia, si cætera paria sunt, hoc maxime beneficij est, vt quisque maxime opis indigeat, ita ei potissimũ opitulari. Quod contra fit à plerisq;, à quo enim plurimum sperant, etiam si ille his non eget, tamen ei potissime inseruiunt.

Non dandũ ut recipias, sed ut prosis amico.

* *De beneficentia.*) *Quo ordine collocanda sint beneficia, ac primum quidem benemeritis gratia est referenda. Est autem totus locus de gratitudine, nonnihil Rhetoricis Argumentis est amplificatus.*

Sin erunt.) *Propositio.*

Etenim si.) *Exminore.*

Nam cum.) *A causa.*

Acceptorum autem.) *Modus in remittendis beneficijs.*

¶ *In coniunctione uitæ quis ordo, ac primum de societate uniuersali omnium mortalium.*

OPtime autem societas hominum, coniunctioq; seruabitur, si vt quisq; erit cõiunctissimus, ita in eum benignitatis plurimum conferetur. Sed quæ naturæ principia sint communitatis & societatis humanæ, repetendum videtur altius. Est enim primum quod cernitur in vniuersi generis humani societate. Eius autem vinculum est ratio & ora-

Primi soci etatis humanæ fontes, ratio & oratio.

tio, quæ dicendo, discendo, communicando, disceptando, iudicando, conciliat inter se homines, coniungitq; naturali quadam societate. Neq; vlla re longius absumus â natura ferarum, in quibus inesse fortitudinem sæpe dicimus, vt in Equis, Leonibus: iustitiam, æquitatem, bonitatem, non dicimus. Sunt enim rationis & orationis expertes. A clatissime quidem patens hominibus inter ipsos, omnibus inter omnes societas hæc est, in qua omnium rerum, quas ad communem vsum hominum natura genuit, est seruanda communitas, vt quæ descripta sũt legibus, & iure ciuili, hæc ita teneantur, vt sit constitutũ. E quibus ipsis cætera sic obseruentur, ut in Græcorum prouerbio est: Amicorum esse omnia communia. Omnia autem communia hominum videntur ea, quæ sunt generis eiusdem, quod ab Ennio positum in vna re transferri in permultas potest.

Ius naturæ

Bellissimi Ennij uersus.

Vt homo, qui erranti comiter mõstrat uiam,
Quasi lumen de suo lumine accendat, facit,
Nihilominus ipsi luceat cum illi accenderit.

Quæ sunt omnibus

Vna ex re satis præcipit, vt quicquid sine detrimento possit commodari, id tribuatur cuiq; vel ignoto. Ex quo sunt illa communia, non prohibere aquam profluentem. Pati ab igne

ignem

ignem capere, si quis velit consilium fidele deliberandi dare, quæ sunt his vtilia, qui accipiũt danti non molesta. Quare & his vtendum est, & semper aliquid ad cõmunem vtilitatem afferendum. Sed quoniã copiæ paruæ singulorum sunt, eorum autem, qui his egeant, infinita est multitudo, vulgaris liberalitas referenda est ad illum Ennij finem, nihilominus ipsi luceat, vt facultas fit, qua in nostros simus liberales.

absque discrimine cõmũicãda

* *Optime autem.) Fontes liberalitatis, & quomodo natura nos finxerit, ad communicanda officia, addidit enim orationem ut significaret factos nos esse ad societatem.*

In qua omnium.) Quomodo sint res cõmunicandæ. Sunt enim primum omnia cõmunicanda, quæ citra incõmodum aut iniuriam præstari possunt, iuxta Prouerbium, πάντα τὰ τῶν φίλων κοινὰ. Sunt autem humanissimi Versiculi Ennij, qui docent, quæ res sine iniuria communicari possint.

19. GRadus autem plures sunt societatis hominum. Vt enim ab illa discedatur infinitate, propior est eiusdem gentis, nationis, linguæ qua maxime homines coniunguntur. Interius etiam est eiusdem esse ciuitatis: Multa enim sunt ciuibus inter se cõmunia, forum, fana, porticus, viæ, leges, iura, iudicia,

Ab illa prima cõmunitate ad contractiores societates descen-

descendit.

20. Quæ communia universitatis. Cognatio.

Cõiuges liberi, familia. 21 Fratres, cõsobrini. Sobrini ex cõsobrinis nati. Affinitates ex coniugijs. Quæ gẽtilibus inter ipsos coĩa. Imagines, Sacra peculiaria, Sepulchra Amicitia uirtute cõciliata.

suffragia, consuetudines, prẽterea & familiaritates, multæq; eum multis res, rationesq; contractæ. Arctior vero colligatio est societatis p pinquorum. Ab illa enim immensa societate humani generis in exiguum angustumq; concluditur. Nam cum sit hoc natura commune animantium, vt habeant libidinem procreandi, prima societas in ipso est coniugio: Proxima in liberis, deinde vna domus, cui sunt omnia cõmunia. Id autem est principium vrbis & quasi seminarium Reipublicæ. Sequuntur fratrum cõiunctiones, post cõsobrinorum, sobrinorumq;, qui quum vna domo iam capi non possint, in alias domos quasi in colonias exeunt. Sequuntur connubia, & affinitates, ex quibus etiam plures propinqui. Quæ propagatio & soboles, origo est rerum publicarum. Sanguinis autem cõiunctio, & beneuolentia deuincit charitate homines. Magnũ est enim eadem habere monumenta maiorum, iisdem uti sacris, sepulchra habere cõmunia. Sed omnium societatum nulla præstantior est, nulla firmior, quãm cũ viri boni, moribus similes, sunt familiaritate coniuncti. Illud enim honestum (quod sæpe diximus) etiam si in alio cernimus, tamen nos mouet, atq; illi, in quo id inesse videtur, amicos facit. Et quanquam omnis

nis virtus nos ad se allicit, facitq; vt eos diligamus, in quibus ipsa inesse videatur, tamen iustitia & liberalitas id maxime efficit. Nihil autem amabilius, nec copulatius quã morũ simílitudo bonorum. In quibus enim eadem studia sunt, eędem voluntates, in his fit, vt æque quisq; altero delectetur, ac seipso. Efficiturq; id quod Pythagoras vult in amicitia, vt vnus fiat ex plurib9. Magna etiam illa cõmunitas est, quæ conficitur ex beneficijs vltro & citro datis acceptisq;. Quæ mutua & grata dum sunt, inter quos ea sunt, firma deuinciuntur societate. Sed cum omnia ratione, animoq; lustraueris, omnium societatum nulla est grauior, nulla charior, quàm ea, quæ cum Republica est, vnicuiq; nostrum chari sunt parentes, chari liberi, propinqui, familiares. Sed omnes omnium charitates patria vna complexa est, pro qua quis bonus dubitet mortem opetere, si ei sit profuturus? Quo est detestabilior istorum immanitas, qui lacerarunt omni scelere patriam, & in ea funditus delenda occupati & sunt & fuerunt Sed si contentio quædam & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendũ sit officij, principes sint patria, & parẽtes, quo tum beneficijs maximis obligati sumus, proximi, liberi, totaq; domus, quæ spectat in nos

Nihil amabilius uirtute.

Amicitia iuxta Pythagoram æqualitas est.

Idem dixit amicitiam unã esse animã in corpori b9 duob9.

Benevolentia mutuis bñficijs cõparata. 22

Patriæ debemus plurimum.

Oppetere mortem, id est, ultro mori.

23

Cõuenientes pro cõcordibus.

Quid sanguine coniunctis, qd amicis potissimũ debeamus.

solos, neq; aliud vllum potest habere profugium. Deinceps bene conuenientes propinqui quibus cũ communis etiam plerunq; fortuna est. Quamobrem necessaria præsidia vitæ debentur his maxime, qnos ante dixi. Vita autem victusq; communis, consilia, sermones cohortationes, consolationes, interdum etiam obiurgationes in amicitijs vigent maxime. Estq; ea iucundissima amicitia, quam similitudo morum coniugauit.

* *Gradus autem.*) *Quo ordine gratificandum. Ordinem uero natura gerit Coniunx, Liberi Parentes, Propinqui, Ciues, Amici, uirtute adiuncti.*

Tanquam in collo.) *Platonis est* V I. *de Legibus:* οἷον εἰς ἄτρι κίαν ἀφικνουμένου αὐτοὺς. *Ad hunc modum sæpe aliás elegantissimæ figuræ ex Platone uersæ sunt.*

Vt unus fiat.) Σωματα μὲν δύο ψυχὴ δὲ μία.

Quo est detestabilior.) πάθος *Rhetoricum ornamentum obiter accersitum, inuehitur autem in eos qui lacerarunt Rempublicam.*

¶ *Liberalitatis officia non solum ab his gradibus societatis, sed etiam ab alijs circumstantijs spectari oportere.*

SEd in his omnibus officijs tribuendis, videndum erit quid cuiq; maxime necesse sit, & quid quisque nobiscum vel sine nobis,

bis, aut posſit consequi aut non posſit. Ita nõ eidem erunt necessitudinũ gradus qui & temporum. Suntq; officia quæ alijs magis quàm alijs debeantur, vt vicinum citius adiuueris in * frugibus accipiendis, quã aut fratrem, aut familiarem. At si lis in iudicio sit, propinquũ potius & amicum quã vicinum defenderis. Hæc igitur & talia circũspicienda sunt in omni officio, & consuetudo, exercitatioq; capienda, vt boni ratiocinatores officiorũ esse possimus, & addendo, deducendoq; videre, quæ reliqui summa fiat. Ex quo quantum cuiq; debeatur intelligas. Sed vt nec Medici, nec Imperatores, nec Oratores, quamuis artis præcepta perceperint, quicquã magna laude dignũ, sine vsu & exercitatione consequi possunt, sic officij conseruandi præcepta tradũtur, illa quidem vt faciamꝰ ipsi, sed rei magnitudo vsum quoque exercitationẽmque deiderat. Atque ab his rebus, quæ sunt in iure societatis humanæ, quemadmodũ ducatur honestum, ex quo ortum est officium, satis ferè diximus.

Vicinis qđ debeatur.

* Aliàs fructibus.

Festina similitudo.

Quæ reliqua id est, quã tum relinquatur deductis & additis quæ oportuit.

* Sed de his.) *Circumstantiæ sæpe mutant gradus, ordinemq; eorum quibus largiendum est.*

Consuetudo & exercitatio.) *Vsus magister artiũ.*

¶ *Magnanimitas tertius officiorum fons, quæ ex rerum humanarum contemptu, & animi amplitudine*

quadam nascitur: declaratur autem potissimum in periculis adeundis, & arduis rebus obeundis. Huic ad dexteram est audacia, pertinacia, immanitas, arrogantia. crudelitas, confidentia, morositas, ira, sæuitia ambitio: ad læuam, timiditas, ignauia, stupor, & id genus uitia. Exercetur autem magnanimitas partim in rebus bellicis, magis autem in negocijs urbanis, de niq; & priuata in uita, de quibus omnibus uariæ disserit Cicero.

Cõmendatio fortitudinis.

In primis opprobratur pusillanimitas.

Ex Ennio uerba imperatoris exemplo Choeliæ militũ ignauiã increpantis.

In hoc carmine mollicici est exprobratio quoniã Salmacis fons potꝰ effœminare dicitur.

INtelligendum est autem, cum proposita sint genera quatuor, ẽ quibus honestas officium que manarat, splendidissimum videri, quod animo magno, elatòq;, humanasq; res despiciente, factum sit. Itaque in probris maxime in prõptu est si quid tale dici potest.

Vos etenim iuuenes, animos geritis mu- Illàque virgo viri. liebres

Et si quid est eiusmodi. Salmacida spolià sine sudore & sanguine. Contraq; in laudibus, quę magno animo fortiter, excellenterque gesta sunt, ea nescio quomodo quasi pleno ore laudamꝰ. Hinc Rhetorum campus de Marathone, Salamine, Plateis, Termopylis, Leuctris, Stratocle. Hinc noster Cocles, hinc Decij, hinc Cn & Publij Scipiones, hinc M. Marcellus, in numerabiles alij maximeq; ipse populus Romanus animi magnitudine excellit. Declaratur au-

tur autem ſtudium bellicæ gloriæ, quod ſtatuas quoque videmus ornatu ferè militari.

* *Salmacida ſpolia.*) Μετάφορα à *Salmaci fonte, de quo Metamorphoſeos* IIII. *Reliquas Hiſtorias require ex Iuſtino.*

Stratóque.) *Sic Sabellius legit. Nam Stratos urbs eſt, de cuius geſtis rebus Thucydides Libro* II. *ſcribit Alij Stratocles, qui dux Athenienſium ad Cheroniã, de quo Aeſchines* κατὰ κτησιφῶντος.

¶ *Fortitudinem ſi ab honeſtate recedat, nomen ſuum amittere.*

SEd ea animi elatio, quæ cernitur in periculis & laboribꝰ, ſi iuſtitia vacat, pugnatq́ꝫ non pro ſalute communi, ſed pro ſuis commodis in vitio eſt. Non modo enim id virtutis nõ eſt, ſed eſt potius immanitatis, omnem humanitatem repellentis. Itaq́ꝫ probe definitur à Stoicis fortitudo, quũ eam virtutem eſſe dicunt, pugnantem pro æquitate. Quocirca nemo qui fortitudinis gloriam conſequutus eſt, inſidijs & malitia, laudem eſt adeptus. Nihil enim honeſtum eſſe poteſt, quod iuſtitia vacat. Præclarum igitur Platonis illud, nõ ſolũ, inquit, ſcientia, quæ eſt remota à iuſtitia, calliditas potiuſquã ſapientia eſt appellanda verum etiam animus paratus ad periculum, ſi ſua cupiditate, non vtilitate communi impellitur

Definitur fortitudo. 25.

πᾶσα γὰρ ἐπιστήμη χωριζομένη δικαιοσύνης καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς πανουργία οὐσοφία φαίνεται.

pellitur, audaciæ potius nomen habeat, quàm fortitudinis. Itaq; viros fortes, magnanimos, eosdem bonos & simplicis veritatis amicos, minimeq; fallaces esse volumus, quæ sunt ex media laude iustitiæ. Sed illud odiosum est, quôd in hac elatione & magnitudine animi facillime pertinacia & nimia cupiditas principatus innascitur. Vt enim apd Platonem est, omnem morem Lacedæmoniorum inflammatum esse cupiditate vincendi, hic vt quisq; animi magnitudine maxime excellit, ita maxime vult princeps omnium vel potius solus esse. Difficile autem est, cum præstare omnib⁹ concupiueris, seruare æquitatem, quæ est iustitiæ maxime propria. Ex quo fit, vt neq; disceptatione vinci se, nec vllo publico ac legitimo iure patiantur. Existuntq; in Republica plerunq; largitores, & factiosi, vt opes quàm maximas consequantur, & sint vtcunque potius superiores vi, quàm iustitia pares. Sed quo difficilius hoc præclarius. Nullum enim est temp⁹ quod iustitia vacare debeat. Fortes igitur & magnanimi sunt habendi, non qui faciũt, sed qui propulsant iniuriam. Vera autem & sapiens animi magnitudo, honestum illud, quod maxime natura sequitur, in factis positum, non in gloria iudicat, principemq; se esse mauult

26. *Magnanimitas à iustitia pendet.*

Pertinacia elati animi comes.

28. *Largitores in malũ Prouerbiũ Socratis: Pulchra quæ difficilia.*

mauult quàm videri. Etenim qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis viris non est habendus. Facillime autem ad res iniustas impellitur, vt quisq; est altissimo animo & gloria & cupiditate. Qui locus est sanè lubricus, quôd vix inuenitur, qui laboribus susceptis, periculisq; aditis, non quasi mercedem rerum gestarum, desideret gloriam.

29. *Qui gloriæ spe periculasuscipit, ambitiosus nõ fortis.*

30. 31. *Lubricus anceps & periculosus.*

* *Sed ea animi.*) *Fortitudo iustitiæ propugnatrix est, ergo vbi a iustitia remoueris, furor est, non uirtus.*

Nimia cupiditas principatus.) *Cognatum fortitudini uitium ambitio,*

Difficile autem est.) Χαλεπὸν τὰ καλὰ.

¶ *Vera magnanimitas duabus in rebus potissimum sita, in contemnendis tum prosperis, tum aduersis, & in arduis rebus gerendis.*

OMnino fortis animus & magnus duabus rebus maxime cernitur, quarũ vna in rerum externarum despicientia ponitur, cum persuasum sit, nihil hominem nisi quod honestum decorumq; sit, aut admirari, aut optare, aut expetere oportere, nullique neque homini, neq; perturbationi animi, nec fortunæ succumbere. Altera est res, vt cum ita sis animo affectus, vt supra dixi, res geras magnas illas quidem, & maxime vtiles, sed & vehementer arduas, plenasq; laborum & periculorum,

lorum, tum vitæ, tum multarum causa rerum quæ ad vitam pertinent. Harum rerum duarũ splendor omnis & amplitudo, addo etiam vtilitatem, in posteriorib⁹. Causa autem & ratio efficiens magnos viros in priore. In eo enim est illud, quòd excellentes animos, & humana contemnentes facit: Id ipsum autẽ cernitur in duobus, si & solum id, quod honestũ sit, bonum iudices: & ab omni animi perturbatione liber sis. Nam & ea, quæ eximia plerisq; & præclara videntur, parua ducere, eaq; ratione stabili firmaq; contemnere, fortis animi, magniq; ducendum est. Et ea quæ videntur acerba, quæ multa & varia in hominũ vita fortunaq; versantur, ita ferre, vt nihil â statu naturæ discedas, nihil a dignitate sapientis, robusti animi est, magnæq; constantiæ. Non est autem consentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate: nec qui inuictum se à labore præstiterit, vinci â voluptate. Quãobrem & hæc videnda, & pecuniæ fugienda cupiditas. Nihil enim est tam angusti animi, tàmque paruí, quàm amare diuitias. Nihil honestius magnificentiusque, quàm pecuniam contemnere, si non habeas: si habeas, ad beneficentiam liberalitatêmque conferre. Cauenda est etiã gloriæ cupiditas, vt supra dixi.

32. *Turpius â uoluptate uinci, quã â dolore.*

Humilis animi mirari diuitias, & inuidere.

Eruit

Eruit enim libertatem, pro qua magnanimis viris omnis debet esse cõtentio. Nec vero imperia expetenda, ac potius, aut non accipienda interdum, aut deponenda nonnunquam. Vacandum autem est omni animi perturbatione, tũ cupiditate & metu, tum etiam ægritudine & voluptate animi, & iracũdia, vt trãquillitas & securitas animi adsit, quæ affert tũ constantiam, tum etiam dignitatem.

Accipit

Aequabilitas animi propria fortitudinis.

* Omnis fortis.) Partitur fortitudinem in domesticam & πολιτικήν. Domestica priuatim animũ armat aduersus fortunam, de qua dixit Horatius: Aequam memento rebus in arduis Seruare mentem, nõ secus in bonis Ab insolenti temperatam letitia. Πολιτικὴ tuetur societatem ciuilem hominum.

Caueuda est etiam.) Inuictum animum aduersus gloriam gerere.

De his q se à rep. remouerũt: περὶ τῶν λάθε βιώσας

MVlti autem & sunt & fuerunt, qui eam quam dico tranquillitatem expetentes à negocijs publicis se remouerunt ad ociumq profugerunt In his & nobilissimi Philosophi, longeq principes, & quidã homines seueri & graues, nec populi, nec principum mores ferre potuerunt. Vixerũtq nonnulli in agris delectari re sua familiari, ijsdem propositũ fuit, quod Regibus, vt ne qua re ege-

Fuga negociorum.

pleonasm

Vt ne, pro ne.

re egerent, ne cui parcerent libertate vterentur cuius proprium est sic viuere vt velis. Quare quum hoc commune sit potentiæ cupidorum cum his (quos dixi ociosos) alteri, se adipisci id posse arbitrantur, si opes magnas habeant: alteri si contenti sunt, & suo & paruo. In quo neutrorum omnino contemnenda est sententia. Sed & facilior & tutior, & minus aliis grauis aut molesta vita est ociosorum. Fructuosior autem hominum generi, & ad claritatem amplitudinemq; aptior, eorum qui se ad Rem publicã & ad res magnas gerendas accomodauerunt. Quapropter & his forsitan concedendũ sit Rempublicam non capessentibus, qui excellenti ingenio doctrinæ, sese dedidẽrũt. Ex his, qui aut valetudinis imbecillitate, aut aliqua grauiore causa impediti, à Republica recesserunt, cum eius administrandæ potestatem aliis, laudemq; concederent. Quibus autẽ talis nulla sit causa, si despicere se dicant, ea quæ plerisq; mirentur, imperia & magistratus, his non modo nõ laudi, verumetiam vitio dandum puto: quorum iudicium in eo qđ gloriã contemnant, & pro nihilo putent, difficile factu est non probare. Sed videntur labores & molestias, tum & offensionum, repulsarum, quasi quandam ignominiam timere, &

Vti Plato.

Vti Scipio

infamiam.

infamiam. Sunt enim qui in rebus contrarijs parum sibi constent, voluptatem seuerissime contemnant, in dolore sint molliores: gloriã negligant, frangantur infamia. Atq; ea quidem non satis constanter. Sed his qui habent à natura adiumentum rerum gerendarum, abiecta omni cunctatione adipiscendi magistratus, & gerenda Respublica est. Nec enim aliter aut regi ciuitas, aut declarari animi magnitudo potest. Capessentibus autem Rempublicã nihil minus quàm Philosophis, haud scio an magis etiam & magnificentia & despicientia adhibenda sit rerum humanarũ (quã sæpe dico) & trãquillitas animi atq; securitas. Siquidem nec anxij futuri sunt, & cum grauitate constantiaq; victuri. Quæ faciliora sunt Philosophis quo minus patent multa in eorũ vita quæ fortuna feriat. Et quo minus multis rebus egent, & quia si quid aduersi eueniat, tã grauiter cadere non possunt. Quocirca nõ sine causa maiores motus animorum concitantur maioraq; efficienda Rempublicam gerentibus quàm quietis, quo magis his & magnitudo animi est adhibenda, & vacuitas ab angoribus. Ad rem gerendam autem qui accedit, caueat ne id modo consideret, quàm illa res honesta sit, sed etiam vt habeat efficiendi facultatem

Non satis constanter id est, alibi cõtemnũt, alibi minũe

Maiora ui ribꝰ aggredi temeritatis est, quæ possis in his tibi diffidere ignauiæ.

facultatem. In quo ipso considerandum est, ne aut temere desperet propter ignauiam, aut nimis confidat propter cupiditatem. In omnib9 autem negocijs priusquã aggrediare, adhibenda est præparatio diligens.

Themistocles Atheniensiũ Imperator apud Salaminã insulam Xerxem prælio uicit.

Solon Salaminius leges Atheniensibus dedit maxie salutares.

Lyeurgus legũlator Pausaniæ ac Lysandro ducib9 multis uicto-

* *Se his qui.*) *Officia fortitudinis politicæ.*

¶ *Longe fortius ciuilibus in rebus quã bellicis antecellere, multis argumentis docet, nonn. hilq; de se.*

SEd cum plerique arbitrentur res bellicas maiores esse quàm vrbanas, minuenda est hæc opinio. Multi enim bella sæpe quæsierunt propter gloriæ cupiditatem, atque in magnis animis ingenijsq; id plerunque cõtingit, eoq; magis, si sunt ad rem militarem apti, & cupidi bellorum gerendorum. Vere autem si volumus iudicare, multæ res extiterũt vrbanæ maiores, clariores q; quã bellicæ. Quãuis enim Themistocles iure laudetur, & sit ei9 nomen quàm Solonis illustrius, citetur q; Salamis clarissimæ testis victoriæ, quæ anteponatur consilio Solonis ei, quo primum constituit Areopagitas, non minus præclarum hoc, quàm illud iudicandum est. Illud enim semel profuit, hoc semper proderit ciuitati, hoc consilio leges Athenienſium, hoc maiorum instituta seruantur. Et Themistocles quidem nihil dixit, in quo ipse Areopagum adiuuerit, at ille adiuuit

le adiuuit Themistoclem. Est enim bellum gestum consilio senatus eius, qui à Solone erat constitutus. Licet eadem de Pausania Lysandroq; dicere, quorũ rebus gestis quãquam imperium Lacedæmoniis dilatatum putatur, tamen ne minima quidem ex parte Lycurgi legibus, & disciplina conferendi sunt. Quinetiam ob has ipsas causas & parationes habuerunt exercitus, & fortiores. Mihi quidem, neq; pueris nobis M. Scaurus, C. Mario, neq; cum versaremur in Republica Q. Catulus Cn. Pompeio cedere videbantur. Parua enim sunt foris arma, nisi est consilium domi. Nec plus Aphricanus singularis & vir & imperator in excidenda Numantia Reipublicę profuit, quàm eodem tempore P. Nasica priuatus cũ Tyberium Gracchum interemit. Quanquam hæc quidem res non solum ex domestica est ratione. Attingit enim & bellicam, quoniã vi manuq; confecta est, sed tamen id ipsum gestum est consilio vrbano, sine exercitu. Illud autem optimum est in quo inuadi solere ab inuidis, & improbis me audio. Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ. Vt enim alios omittam, nobis Rempublicã gubernantibus, nõne togæ arma cesserẽt? Neque enim in Republica periculum fuit grauius vnquam, nec ma-

E ius odi-

florijs nobilibus antefertur.

M. Scaurꝰ eloquentia et iuris scientia commendatus et Q. Catulus in rebus ciuilibus floruerunt. Marius et Pompeius belli gloria.

Scipio Aemilianus Numantiã sustulit.

Scipio Nasica Tyberiũ Gracchũ pernicioſas le-

ius odium Ita consilijs, diligentiaq; nostra celeriter de manibus audacissimorũ ciuium delapsa arma ipsa ceciderunt. Quæ res igitur gesta est vnquam in bello tanta? Quis triumph⁹ conferendus? Licet enim mihi M. fili apud te gloriari, ad quem & hæreditas huius gloriæ, & factorum imitatio pertinet. Mihi quidem certê vir abundans bellicis laudibus, Cn. Pompeius multis audientib⁹ hoc tribuit, vt diceret frustra se tertium triumphum deportaturum fuisse, nisi meo in Republica beneficio vbi triumpharet, esset habiturus. Sunt ergo domesticæ fortitudines, non inferiores militaribus, in quibus plus etiam quàm in his operæ studijq; ponendum est. Omnino enim illud honestũ, quod ex animo excelso magnificoq; quærimus, animi efficitur, non corporis viribus. Exercendum tamen corpus, & ita afficiendũ est, vt obedire consilio rationiq; possit in exequẽdis negocijs, et in labore tolerando. Honestũ autem id quod exquirimus, totum est positũ in animi cura, et cogitatione. In quo non minorem vtilitatem afferunt, qui togati Reipublicæ præsunt, quàm qui bellum gerunt. Itaq; eorum consilio sæpe aut non suscepta, aut confecta bella sunt, nonnunquam autem illata. Vt M. Catonis bellum tertium Punicum, in quo

ges ferentẽ priuat⁹ occidit.

Hic est inuidiosus ille uersiculus quo Cicero gloriatus est se in toga Catilinariam cõiurationẽ oppressisse. 34. Ter triumphauit Põpeius de Afris, & iterũ de Hispanis, tertiũ de Mithridate.

M. Cato ficu quã triduo secum è Carthagine tule-

quo etiam mortui valuit autoritas. Quare expetenda quidem magis decernendi ratio, quàm decertandi fortitudo. Sed cauendum ne id bellandi magis fuga quàm vtilitatis ratione faciamus. Bellum autem ita suscipiatur, vt nihil aliud nisi pax quæsita videatur. Fortis vero animi et constantis est, non perturbari in reb⁹ asperis, nec tumultuantem de gradu deiici, vt dicitur, sed præsenti animo vti et consilio, nec à ratione discedere, quanquam hoc animi, illud etiam ingenij magni est præcipere cogitatione futura, et aliquanto ante constituere, quid accidere possit in vtranq; partem, et quid agendũ sit, cum quid euenerit, nec committere, vt aliquando dicendum sit, non putaram. Hæc sunt opera magni animi, et excelsi, et prudentia consilioq; fidentis. Temere autem in acie versari, et manu cum hoste confligere, immane quiddam et beluarũ simile est. Sed cum tempus, necessitasq; postulat, decertandum manu est, et mors seruitui turpitudiniq; anteponenda.

lerat in senatu ostensa persuasit ut tertium bellum Punicũ susciperetur quo etiã euersa est Carthago qui cũ insequenti ãno mortuus esset, tamẽ ualuit et sepulti autoritas cõtra Nasicã ne euerteretur suadentem. Seruilio 33.

* Sed quum plerique.) Locus communis, Artes pacis, & uirtutes togatæ, quibus domi Respublicæ tenentur ac reguntur, non sunt inferiores artibus belli seu castrensibus uirtutibus. Nam & urbana negocia prudentiam magnitudinem & præsentiam animi

non minorem requirunt quàm bella.

Bellum autem ita.) *Bella pacis causa suscipienda.*

¶ *Alienam esse ab officio magnanimi crudelitatem & item temeritatem.*

Nõ seuiendum in uictos.

Multitudini parcendum. 36.

Pericula, quatenꝰ uiro forti suscipienda.

DE euertendis autem, diripiendisq; urbibus, valde illud considerandum est, ne quid temere, ne quid crudeliter fiat. Idq; est viri magnanimi, rebus agitatis punire sontes, multitudinem conseruare, in omni fortuna, recta atq; honesta retinere. Vt enim sunt (quemadmodum supra dixi) qui urbanis rebus bellicas anteponunt, sic reperies multos quibꝰ periculosa et callida consilia, quietis cogitationibus, et splendiora, et maiora videantur. Nunquam omnino periculi fuga cõmittendum est, vt imbelles timidiq; videamur. Sed fugiendum etiam illud, ne offeramus nos periculis sine causa, quo nihil potest esse stultius. Qua propter in adeundis periculis consuetudo imitanda Medicorum est, qui leuiter ægrotantes leuiter curant, grauioribus autem morbis periculosas curatiões, et ancipites adhibere coguntur. Quare in tranquillo tempestatem aduersam optare, dementis est: subuenire autem tempestati quauis ratione, sapientis. Eôque magis si plus adipiscare re explicata boni quàm ad dubitata mali:

37. *Magnanimus nõ nisi idonea de causa periculo suscipit.*

Quibus

* *Quibus periculosa.*) Θερμὰ, *sicut apud Aristotelem* θέρμον ἔργον, *audax facinus.*

Sed fugiendum.) Vt *in Mimo: Nunquã periculũ sine periculo uincitur. Extat in eam sententiam Augusti dictum: Aureo hamo piscari.*

¶ *Diuidit actiones, quæ adferunt periculum, & docet quid agendum sit.*

Quæ res potius periclitandæ 38. 39. *Callicratides Lacedæmoniorũ (Historia est apud Xenophontẽ. I. Paralipomenon.) dux ab officio magnanimi recessit, q̃ classis quũ priuatæ gloriæ iacturã fa-*

PEriculosæ autem rerum actiones partim his sunt, qui eas suscipiunt, partim Reipublicæ. Itemq́ alij de vita, alij de gloria, & beneuolentia ciuium in discrimen vocãtur. Promptiores igitur debemus esse ad nostra pericula, quã ad cõmunia, dimicareq́ paratius de honore, & gloria, quã de cæteris cõmodis. Inuenti autem multi sunt, qui non modo peccuniam, sed etiam vitam profundere, ꝓ patria parati essent. Idem gloriæ iacturam, ne minimam quidem facere vellent, ne Republica quidem postulante, vt Callicratides, qui cũ Lacedęmoniorum Dux fuisset, Pelopomnesiaco bello, multaq́ fecisset egregie, vertit ad extremum omnia, cũ consilio non paruit eorum qui classem ab Arginussis remouendã, nec cum Atheniensibus dimicandum putabant. Quibus ille respondit: Lacedæmonios classe illa amissa, aliam parare posse, se fugere sine suo dedecore non posse. Atque hæc qui-

facere maluerũt. Arginussæ insulæ.

dem Lacedęmoniis plaga mediocris fuit, illa pestifera qua cum Cleombrotus inuidiam timens temere cum Epaminunda conflixisset, Lacedęmoniorum opes corruerunt. Quanto Q. Maximus melius? De quo Ennius.

Cleõbrotꝰ Lacedæmonius ab Epaminũda Thebanorũ duce uictꝰ, magna suorũ clade. Fabius contator. Historia notissima. Fortis xl. est falsam infamiam cõtemnere

Vnus homo nobis cunctando restituit rem.
Non ponebat enim rumores ante salutem.
Ergo postquã magisq; viri nũc gloria claret
Quod genus peccandi vitandũ est, etiam in rebus vrbanis. Sunt enim qui quod sentiunt, & si optimum sit, tamen inuidiæ metu non audent dicere.

* *Periculosa autem.) Publica salus priuatæ præponenda.*

Vt Callicratides.) De Callicratide Xenophon in παραλειπομένοις Li. I. καλλικρατίδας δὲ εἰπὲν ὅτι ἥσσαρ τῆ οὐδὲν μὴ κάκιον οἴκει τ' αὐτοῦ ἀπεθανόντος φεύγειν δὲ αἰσχρὸν εἶναι ἔφη.

Cleombrotus inuidiam.) Cur dixerit de Cleombroto, inuidiam timens, intelligi nisi ex Historia non potest, quæ extat in Libro VI. apud Xenophontem in παραλειπομένοις

Ενθα δὴ τῶ Κλεομβρότω υἱ μὲν φίλοι προσιόντευς ἔλεγον, ὦ Κλεόμβροτε, εἰ ἀφήσεις τοὺς θηβαίους ἄνευ μάχης, κινδυνεύσεις ὑπὲρ τῆς πόλεως τὰ ἔσχατα παθεῖν Αναμνησθήσον τ' ἀ σου καὶ ὅτε εἰς κυνὸς κεφαλὰς ἀφικόμενος, οὐδὲν τῆς χώρης τῶν θηβαί-

ων

ων ἐδηώσας. καὶ ὅτι ὕστερον στρατεύων, ἀπεκρούσθης τῆς ἐμβολῆς, Αγησιλάου ἀεὶ ἐμβάλλοντος διὰ τοῦ κιταιρῶνος· εἴπερ οὖν ἢ σεαυτοῦ κήδη, ἢ τῆς πατρίδος ἐπιθυμεῖς, ἀκτέον ἐπὶ τοὺς ἄνδρας, οἱ μὲν φίλοι τιαῦτα ἔλεγον· οἱ δ' ἐνάντιοι νῦν δὴ ἔφασαν δηλώσει ὁ ἀνὴρ εἰ τῷ ἄντι κήδετ' τῶν θηβαίων, ὥσπερ λέγετ'.

Id est, ibi Cleombrotum amici accedentes dicebãt, si diuiseris Cleombrote Thebanos sine pugna, periculum est ne a ciuibus extrema patiaris. Obijcient enim quòd neq; hostium agrum uastaueris cũ in Cynos cephalas uentum est, neq; postea data pugnandi copia, cum hoste conflixeris, cum Agesilaus iniquiore loco per Citheronẽ toties adortus sit hostes. Proinde si quam tui rationem habes, aut patriam retinere cupis, dimicandum est. Atq; hæc amici dicebant. Aemuli uero, nunc dicebant, palam erit, an uerum sit eum cum Thebanis colludere, sicut dicitur.

¶ *Officia illorum qui Rempublicam.*

Magnanimi est publica cõmoda suis anteponere.

OMnino qui Reipublicæ præfuturi sunt, duo Platonis præcepta teneant, vnum vt vtilitatem ciuiũ sic tueantur, vt quæcunq; agunt, ad eandem referant, obliti commodorum suorum. Alterum vt totum corp⁹ Reipublicæ curent, ne dum partem aliquam tuentur, reliquas deserant. Vt enim tutela sic procuratio Reipublicæ ad eorum vtilitatem

Magistratus æquus oĩb⁹ z partiũ studio uacuus.

Optimum optimatem dicit.

qui commissi sunt, non ad eorum quib⁹ commissa est, gerenda est. Qui autem parti ciuium consulunt, partem negligunt, rem perniciosissimam in ciuitatem inducũt, seditionem atq; discordiam. Ex quo euenit vt alij populares, alij studiosi optimi cuiusq; videantur, pauci vniuersorum. Hinc apd' Athenienses magnæ discordiæ ortæ, in nostra Republica non solũ seditiones, sed pestifera etiam bella ciuilia. Quæ grauis & fortis ciuis in Republica dign⁹ principatu, fugiet, atq; oderit, tradetq; se totũ Reipublicæ. Nec̃ opes aut potentiam consectabitur, totamq; eam sic tuebitur, vt omnib⁹ consulat. Nec vero criminibus falsis in odiũ aut inuidiam quenquam vocabit. Omninoq; ita iustitiæ, honestatiq; adhærescet, vt dũ eam cõseruet, quãmuis grauiter offendat, mortem oppetat, potius quãm deserat illa, quæ dixi.

Fortis at nõ recusat inuidiã in loco, ita nec temere arcessit.

* *Omnino qui Reipublicæ.*) *Vtilissimum præceptum ut totam Rempublicã cõplectantur hi, qui præfuturi sunt rebuspublicis. Nam & nostris temporibus dum soli plebi consulunt Concionatores, euertũt Respublicas.*

¶ *De honoribus uehementer contendere, contra officium magnanimi.*

42. 42. Miserrima est omnino ambitio, honorumq; contentio, de qua præclare apud eum

pud eundē est Platonem, similiter facere eos qui inter sese contenderent, vter potius Rempublicam administraret, vt si nautæ certarent, quis eorum potissimum gubernaret. Idemq; præcipit, vt eos aduersarios existimemus, qui arma contra ferant, non eos, qui suo iudicio tueri Rempublicam velint: qualis fuit inter P. Aphricanum, & Q. Metellum sine acerbitate dissensio.

Ciuilis dissensio inter Pub. Scipionem & Q. Macedonicum.

* *Miserrima est omnino.*) *Vt cum iustitia, ita cum uera fortitudine ambitio pugnat.*

Inter P. Aphricanum.) *Vide Valerium de animi moderatione.*

¶ *Iræ moderari proprium fortitudinis.*

NEc vero audiendi sunt, qui grauiter irascendū inimicis putabunt. Idq; magnanimi & fortis viri esse censebunt. Nihil enim laudabilius, nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate, atque clementia. In liberis vero populis, & iuris æqualitate exercenda etiam est facilitas; & altitudo animi, quæ dicitur ne si irascamur, aut intempestiue accedentibus, aut imprudenter rogantibus in morositatem inutilem, & odiosam incidamus. Et tamen ita probanda est mansuetudo atque clementia, vt adhibeatur Reipublicæ causa seueritas, sine qua administrari ciuitas non potest.

Morositas contra officium fortitudinis.

¶ *In animaduertendo maxime ab ira temperandũ.*

Punietur legit Nonius Marcellus & Suruius.

OMnis autem & animaduersio, & castigatio cõtumelia vacare debet, neq; ad eius qui puniet aliquem, aut verbis castigat, sed ad Reipublicæ vtilitatem referri. Cauendum est etiam ne maior pœna quã culpa sit: & ne ijsdem de causis alij plectantur, alij ne appellentur quidem. Prohibenda autem maxime est ira in puniendo. Nunquã enim iratus, qui accedet ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ est inter nimiũ & parum. Quæ placet Peripateticis, & recte placet, modo ne laudarent iracundiam, & dicerent vtiliter à natura datam. Illa vero omnibus in rebus repedianda est, optandumq; vt hi qui præsunt Reipublicæ legum similes sint quę ad puniendum non iracundia, sed æquitate ducuntur.

Horatius. Virtus est mediũ uitiorũ utrimq; redactũ. Stoici affectib9 uacare, Peripatetici moderari sapientem uolunt.

✱ *Omnis autem.*) De *pœnæ modo.*

Mediocritatem illam.) *Citat Aristoteles sententiam de mediocritate. Nam Aristoteles omnes uirtutes ita definijt, esse mediocritatem inter extrema uitiosa, ut inter timiditatem & audaciã fortitudo est.*

¶ *Magnanimi est, neque secundis rebus insolescere, neque deijci aduersis,*

ATque etiam in rebus prosperis, & ad voluntatem nostram fluentibus, superbiam

perbiam magnopere, fastidium, arrogantiàm que fugiamus. Nam ut aduersas res, sic secundas immoderate ferre leuitatis est, præclarâq; est æquabilitas in omni vita, & idem semper vultꝰ, eademq; frons, vt de Socrate, idémque de C Lelio accepimus. Philippũ quidem Macedonum regem rebus gestis, & gloria superatum à filio, facilitate vero & humanitate, video superiorem fuisse. Itaque alter semper magnus, alter sæpe turpissimus. Vt recte præcipere videantur qui monent, vt quanto superiores sumus, tanto nos summissius geramus. Panætius quidem auditorem Aphricanũ & familiarem suum solitum ait dicere, vt equos propter crebras contentiones præliorum feroce citate exultantes, domitoribꝰ tradere soleant, vt his facilioribus possint vti: sic homines secundis rebꝰ effrenatos, fibiq; perfidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportere, vt perspicerent rerum humanarum imbecillitatem, varietatemq; fortunæ. Atq; etiam in secundissimis rebꝰ maxime est vtendum consilio amicorum. Hisq; maior etiam quàm ante, tribuenda est autoritas, ijsdemq; temporibus cauendum est, ne assentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos sinamus, in quo falli facile est. Tales enim nos esse putamus,

Socratis et Lælij uultus semper idem. Alexander iræ ĩtemperãs. Pater hũanior. Arrogantia contra officiũ. Aphricani apophthegma.

Magnanimꝰ assentationes non recipit.

tamus, vt iure laudemur. Ex quo nascuntur innumerabilia peccata, cum homines inflati opinionibus turpiter irridentur, & in maximis versantur errorib9. Sed hæc quidem hactenꝰ.

* Atq; *etiam in rebus.*) *Ne scia mens hominum fati sortisq; futuræ: Et seruare modum rebus sublata secundis.* Item *Salustius: Secundæ res etiam sapientum animos fatigant.* γνωμὴ: *Bis uincit qui se uincit in uictoria.*

Panætius quidem.) παρεκβολή.

¶ *Officia magnanimi in ocio honesto.*

ILlud autem sic est iudicandum, maximas geri res, & maxime ab his qui Rempublicam regant, quòd earum administratio latissime pateat, ad plurimosq; pertineat. Esse autem magni animi, & fuisse multos etiam in vita ociosa, qui aut inuestigarent, aut conarentur magna quędam, seq; suarũ rerum finibus continerent. Aut interiecti inter Philosophos & eos qui Rempublicam administrarent, delectarentur re sua familiari, nõ eam quidem omni ratione exaggerantes, neq; excludentes abei9 vsu suos, potiusq; & amicis impartientes, & Reipublicę si quando vsus esset. Quæ primum bene parta sit, nullo neq; turpi quæstu, neq; odioso, tum quàm plurimis (modo dignis) se vtilem præbeat. Deinde augeatur ratione, dili-

Vti Pomponius Atticus.

Priora tria ad negocialem uitam,

ne, diligentia, parsimonia, nec libidini potius luxuriæq; , quàm liberalitati & beneficentiæ pareat. Hæc præscripta seruantem, licet magnifice grauiter, animoseq; viuere atq; etiam simpliciter, fideliter, vitæ hominũ amicè. Posteriorá ad ociosam pertinent.

* *Esse autem magni.*) De *his qui latent.*

TEMPERANTIA.

¶ *Quartus officiorum fons, Temperantia quam Aristoteles moderationem esse putat cupiditatũ earũ dũtaxat, quæ circa Gulæ & Inguinis uoluptates uersantur. Temperans, inquit, ea cupit, quæ oportet & ut oportet, & quando oportet. Huius est caput, ut cupiditas rationi pareat, sicut puer Pædagogo. Indidem oritur illud decorum, quod quemadmodum à natura ac cæteris circumstantijs ducatur, omnisq; uitæ officium cohonestet, diuinitus tradit Cicero.*

SEquitur vt de vna reliqua parte honestatis dicendum sit; in qua verecundia, & q̃si quidam ornatus vitæ, temperantia, & modestia, omnisq; sedatio perturbationũ animi, & rerum modus cernitur. Hoc loco continetur id, quod dici Latine decorũ potest, Græce enim τὸ πρέπον dicitur, huius vis est ea, vt ab honesto non queat separari. Nam et quod decet, honestum est & quod honestum est, decet. Qualis autem differentia sit honesti & decori facilius intelligi quàm explanari potest: Cõmendatio Temperantiæ.

Decorum honesti cõmes.

Quicquid

Quicquid enim est, quod deceat, id tum appa ret, cum antegressa est honestas.

* *Sunt obscuri loci aliquot hic, & in proximo ca pite: Prior, quid inter honestum & decorum interſit Id fortasse potest ex hac similitudine intelligi: Bono habitus corporis seu ualetudo, bonum colorem gignit. Malus habitus, malum colorem. Ita honestas parit decorum. Estque decorum uirtutis color quidam seu species. Posterior locus, generale decorum, nihil contra naturam facere. Nam facere cædem, prædari ex alieno, ut sunt contra naturam, ita deformia & monstrosa sunt. Contra dignitas quædam est & pulchritudo, in iustitia, prudentia, & fortitudine: quia nihil faciunt hæc contra naturam. Speciale decorum est, nõ modo nihil contra naturam facere, sed illa ipsa, quæ fert natura, delectu quodam & ordine facere, ut cacare nihil habet uitij, at si more Diogenis caces in publico, uitiosum erit. Hoc secundum decori genus requiritur in hac quarta uirtute, quam modestiã uocauimus. Vt non pugnat contra naturam uestiri peregrino more, at indecorum est, & cætera.*

Porrò quod dicit Philosophos aliter de decoro loqui atq; Poetas, id ita accipias: Philosophi negant decorum esse, si quid à natura dissentiat, ut in crudelitate, neq; dignitas neq; decorũ est. At Poetæ suũ quoddam decorum singulis personis tribuunt: Sicut Pictores, monstris etiam decorum quoddam tribuunt, tametsi

tametsi si naturã spectes, in monstro nihil est decori.

¶ Duplex decorum, generale, quod in omni officio situm est: & speciale, quod Temperantiam proprie consequitur. Diuus Ambrosius generale decorũ accepit, quod ex harmonia & consensu omnium inter se uirtutum existit, quale relucet in concordia uniuersitatis: speciale, quod in una quapiam parte reluceat, potissimum tamen in temperantia.

ITaq; non solum in hac parte honestatis, de qua hoc loco differendum est, sed etiã in tribus superioribus, quid deceat, apparet. Nam & ratione vti atq; oratione prudenter, & agere, quod agas considerate, omniq; in re quid sit veri videre, & tueri, decet. Contra q; falli, errare, labi, decipi, tam dedecet quã delirare, & mente captũ esse. Et iusta omnia decora sunt, iniusta cõtrà vt turpia, sic indecora. Similis est ratio fortitudinis. Quod enim uirtiliter, animoq; magno fit, id dignum viro, & decorum videtur: quod contrà, id vt turpe, sic indecorum. Quare pertinet quidem ad omnem honestatem, hoc quod dico decorũ, & ita pertinet, vt non recondita quadam ratione cernatur, sed sit in promptu. Est enim quiddam (idque intelligitur in omni virtute) quid deceat, quod cogitatione magis à virtute potest, quã re separari. Vt enim venustas & pulchritudo

Decorũ in prudentia.

Decorum Iustitiæ.

Decorũ ab honesta rẽ separatur. Ὁμοίως.

corporis

corporis secerni potest à valetudine, sic hoc (de quo loquimur) decorum illud totum quidem cum virtute confusum, sed mente & cogitatione distinguitur. Est autem eius distinctio duplex. Nam & generale quoddam decorum intelligimus, quod in omni honestate versatur, & aliud huic subiectum, quod pertinet ad singulas partes honestatis. Atq; illud superius sic ferè definiri solet. Decorum id esse, quod cõsentaneũ sit hominis excellentiæ in eo, in quo natura eius à reliquis animantibus differat.

Definit generale decorum.

Speciale decorũ qd liberali id est, honesta. Hora. Reddere personæ scit cõuenientia cuiq;

Quæ autem pars subiecta generi est, eam sic definiunt, vt id decorum esse velint, quod ita naturæ consentaneum sit, vt in eo moderatio & temperantia appareat cum specie quadam liberali. Nec ita intelligi à Philosophis possumus existimare ex eo decoro quod Poëtæ sequuntur, de quo alio loco dici solent. Sed tum seruare illud Poëtas dicimus quod deceat, cũ id quod quaque persona dignum est, & fit, & dicitur. Vt si Aeacus aut Minos diceret.

Oderint dum metuant. aut:
Natis sepulchro ipse est parens.

Indecorũ videretur, quod eos fuisse iustos accepimus, at Atreo dicente, plausus excitantur. Est enim digna personæ oratio. Sed Poëtæ quid quenque deceat, ex persona iudicabunt.

Nobis

Nobis autem personam imposuit ipsa natura, magna cum excellentia præstantiaq; animantium reliquorũ. Quocirca Poètæ in magna varietate personarum, etiam vitiosis qd conueniat, & quid deceat videbunt Nobis autem cum â natura constantiæ, moderationis, Temperantiæ, Verecundiæ, partes datæ sint, cumq; eadem natura doceat non negligere, quemadmodum nos aduersus homines geramus, efficitur vt & illud, quod ad omnem honestatem pertinet decorum, quâm late fusum sit, appareat, & hoc qd spectatur, in vnoquoque genere virtutis. Vt enim pulchritudo corporis, apta compositione membrorũ mouet oculos, & delectat hoc ipso quod inter se omnes partes cum quodam lepôre consentiunt: sic hoc decorum, quod elucet in vita, mouet adprobationem eorum, quibus cũ viuitur, ordine, & constantia, moderatione dictorũ omnium atque factorum. Adhibenda est igitur quædam reuerentia aduersus homines, & optimi cuiusq; & reliquorũ. Nam negligere qd de se quisq; sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti. Est autem quod differat in omni ratione habenda, inter iustitiam & verecundiam. Iustitiæ Partes sunt, non violare homines. Verecundiæ, nõ offendere,

Decorum Poètarum honestis ac turpibꝰ cõmune. 46.

Decorũ in ordine, cõstantia, & modo sitũ.

Violamus iniuria, offendimus imodestia.

in quo maxime perspicitur vis decori His igitur expositis, quale sit id quod decere dixim⁹ intellectum puto.

* *Est autem ius descriptio.*) *Diuisio ipsius decori definitio, differentiaq; inter decorum Philosophicũ & Poeticum.*

¶ *Decorum secundum naturam esse, & cum in omnibus partibus tum in temperantia plurimum ualere*

OFficiũ autem quod ab eo ducitur, hanc primum habet viam, quę deducit ad conuenientiam conseruationemq; naturæ quam si sequamur ducem nũquam aberrabimus. Cõsequemũrque & id, quod acutum & perspicax natura est, & id quod ad hominum consociationem accommodatũ, & id quod vehemẽs atque forte. Sed maxima vis decori in hac inest parte, de qua disputamus. Neque enim solum corporis, qui ad naturam apti sunt, sed multo etiam magis animi mot⁹ probandi, qui item ad naturam accommodati sunt.

Prudentia
Iustitia.
Fortitudo.
Tẽperãtia

* *Officium autem quod, & cætera.*) *Sensus communis iudicat quid deceat in his actionibus, quæ nõ sunt contra naturam. Est autem modestiæ maxima uis in frenandis libidinibus.*

¶ *Fontem omnis esse modestiæ, ut appetitus pareat rationi.* At hunc ipsum putat Ambrosius omnium officiorũ primarium esse fontem. Du-

DVplex est enim vis animorum atq; naturæ. Vna pars in appetitu posita est, quæ est ὁρμὴ Græce, quæ hominẽ huc & illuc rapit. Altera in ratione, quæ docet & explanat, quid faciendum fugiendúmue sit. Ita fit, vt ratio præsit, appetitus vero obtemperet. Omnis autem ratio vacare debet temeritate & negligentia. Nec vero agere quicquã, cuius nõ possit causam probabilem reddere. Hæc est enim ferè descriptio officij. Efficiendum autem est, vt appetitus rationi obediant, eamq; neq; præcurrant, nec propter pigritiã aut ignauiam deserant: sintq; tranquilli, atque omni animi perturbatione careant. Ex quo elucebit omnis constantia, omnisq; moderatio. Nam qui appetitus longius euagantur, & tanquã exultantes siue cupiendo, siue fugiendo, non satis à ratione retinentur, hi sine dubio finem & modum transeunt. Relinquunt enim et omnino abijciunt obedientiam, nec rationi parent, cui sunt subiecti lege naturæ. A quibus non modo animi perturbantur, sed etiam corpora. Licet ora cernere iratorũ, aut eorum qui aut libidine aliqua, aut metu commoti sunt, aut voluptate nimia gestiunt, quorum omnium vultus, voces, motus, status q; mutantur. Ex quibus illud intelligitur (vt ad

ὁρμὴν, quã in libris de finibus appetitionẽ uocat, unde oriũtur πάθη id est, perturbationes.

Sic in Libris de Finib9 Cato officiũ, qõ ita factum est, ut eius facti probabilis ratio reddi possit.

Indecorum & in corpore à perturbationibus.

officij formam reuertamur) appetitus omnes contrahendos sedandosq; esse, excitandamq; animaduersionem et diligentiam, vt ne quid temere, ac fortuitu, inconsiderate, negligenter q; agamus. Neq; enim ita generati à natura sumus, vt ad ludum et iocum facti esse videamur, sed ad seueritatem potius, et ad quædam studia grauiora atq; maiora. Ludo autem et ioco illis quidem vti licet, sed sicut somno et quietibus cæteris, tum cum grauibus seriisq; rebus satis fecerimus: ipsumq; genus iocandi non profusum nec immodestum, sed ingenuũ et facetum esse debet. Vt enim pueris nõ omnem ludendi licentiam damus, sed eam quæ ab honestis actionibus nõ sit aliena, sic in ipso ioco aliquo probi ingenij lumen eluceat.

Grauitas. Vrbanitas quatenus adhibenda

Licẽtia nõ oĩs aliena ab honestate.

* *Duplex est enim uis.*) *Duæ hominis partes* ὁρμὴ *appetitio, &* λόγος *iudicium de rebus.*

¶ *De scurrilitate & facetia.*

DVplex omnino est iocandi genus. Vnum Illiberale, petulans, flagitiosum et obscœnum: Alterum Elegans, vrbanum, ingeniosum, facetum. Quo genere non modo Plautus noster, et Atticorum antiqua Comœdia sed etiam Philosophorum Socratici eorum libri referti sunt. Multaq; multorum facete dicta, vt ea quæ à sene Catone sunt collecta,

Veteris comœdiæ, Plautini neq; non Socratici sales.

lecta, quæ vocant ἀποφθέγματα. Facilis igitur est distinctio ingenui & illiberalis ioci. Alter est, si tempore fit ac si remisso animo homine dignus. Alter ne libero quidem, si rerũ turpitudo adhibetur & uerborum obscœnitas. *Apophthegma breuis & grauis sententia.*

* *Quæ uocantur ἀποφθέγματα.)* Ἀποφθέγματα *breue dictum, Latini scitum dixere.*

¶ *Et honesti ludus modum esse quendam.*

LVdendi etiam est quidam modus retinendus, vt ne nimis omnia profundamus, elatiq; voluptate, in aliquam turpitudinem dilabamur. Suppeditat autem & campus noster, & studia venandi, honesta exempla ludendi. *Suppeditat, submiuistrat.* *Venatio.*

¶ *Animi delectatio ab honestis studijs petenda: corporis uoluptas quia pecorina sit, aut planè reijcienda, aut quàm parcissime adhibenda.*

SEd pertinet ad omnem officij quæstionem semper in promptu habere, quantum natura hominis pecudibꝰ reliquisq; beluis antecedat. Illæ enim nihil sentiunt, nisi voluptatem, ad eâmque feruntur omni impetu. Hominis autem mens discendo alitur, & cogitando semper aliquid, aut inquirit, aut agit, videndiq; & audiendi delectatione ducitur. Quinetiam si quis est paulò ad voluptates propensior, modo ne sit ex pecudum genere *Propẽsior, qui propẽdet, id est, inclinatior.*

(sunt enim quidam homines non re, sed nomine) sed si quis est paulò erectior, quàmuis voluptate capiatur, occultat & dissimulat appetitum voluptatis propter verecundiam. Ex quo intelligitur corporis voluptatem, non satis esse dignam hominis præstantia, eamq; cõtemni & reiici oportere. Sin sit quispiam qui aliquid tribuat voluptati, diligenter sciat ei tenendum esse eiꝰ fruendæ modum. Itaque victus cultusq; corporis ad valetudinem referãtur, & ad vires, non ad voluptatem. Atq; etiã si considerate velimus quæ sit in natura hominis excellentia & dignitas, intelligemus quàm sit turpe diffluere luxuria, & delicate ac molliter uiuere: quâmq; honestum, parce, continenter, seuere, sobrie.

Voluptas hominis indigna.

* *Sed pertinet.*) *Quatenus uoluptati concedendũ.*

¶ *Animaduerte Lector ordinem. Primum ostendit quid decorum, secundum naturam cum pecoribus cõmunem, deinde quid secundum hominis præstantiam, Deinceps quid deceat uniuscuiusque personam uel à natura tributam, uel casu impositam, uel iudicio assumptam.*

Intelligendum est etiam duabꝰ quasi nos à natura indutos esse personis: quarũ vna est communis, ex eo quod omnes participes sumus rationis præstantiæq; eius, qua antecellimus

Varietas ingeniorũ à natura.

tecellimus beſtijs: â qua omne honeſtum decorum trahitur & ex qua ratio inueniendi officij exquiritur. Altera autẽ, quæ proprie ſingulis eſt tributa. Vt enim in corporibus magnæ diſſimilitudines ſunt (alios enim videmus velocitate ad curſum, alios viribus ad luctandum valere) itemq; in formis alijs dignitatem ineſſe, alijs venuſtatem. Sic & in animis exiſtũt etiam maiores varietates. Erat in L. Craſſo, & in L. Philippo multos lepos, maior etiã magisq; de induſtria in C. Cęſare Lucij filio. At ijſdem temporibus in M. Scauro & in M. Druſo adoleſcente ſingularis ſeueritas, in C. Lælio multa hilaritas, in eius familiari Scipione ambitio maior, vita triſtior: De Græcis autem dulcem & facetũ, feſtiuiq; ſermonis, atq; in omni oratione ſimulatorem, quem εἰρωνικὸν Græci nominauerunt, Socratem accepimus: Contrâ Pythagoram & Periclem ſummam auctoritatem conſecutos ſine vlla hilaritate. Callidum Hannibalem ex gente Pœnorum, ex noſtris ducibus Q. Maximum accepimus facile celare, tacere, diſſimulare, inſidiari, præripere hoſtium conſilia. In quo genere Græci Themiſthoclem Athenienſem, & Pheræum Iaſonem cæteris anteponunt. In primisq; verſutum & callidum factum Solonis, qui quo &

L. Craſſus
L. Philippus, C. Cæſar, Oratores lepidè natura.
M. Druſus
M. Scaurꝰ ſeueri.
C. Lælius hilaris.
Scipio triſtior.
Socrates facetus & diſſimulator. Pythagoras, Pericles, ſeriꝰ
Verſutus Hannibal
Q. Maximꝰ cũctator et lenis
εἰρωνικὸς

tutior vita eius esset, & plus aliquanto Reipublicæ prodesset, furere se simulauit. Sunt his alij multũ dispares, simplices & aperti, qui nihil ex occulto, nihil ex insidijs agendum putant, veritatis cultores, fraudis inimici. Itemq; alij, qui quiduis perpetiantur, cuiuis deseruiant, dum quod velint consequantur, vt Syllam & M. Crassum videbamus. Quo in genere versutissimũ & patientissimum Lacedæmoniũ Lysandrum accepim⁹. Contraq; Callicratidem, qui præfectus classis proximus post Lysandrũ fuit. Itemq; in sermonibus alium quidem (quàmuis præpotens sit) efficere, vt vnus de multis esse videatur. Quod in Catulo & patre & filio, idemq; & in Q. Mutio Numantino uidimus. Audiui & ex maiorib⁹ natu hoc idem fuisse in P. Scipione Nasica. Contraq; patrem eius, illum qui Tiberij Gracchi conatus perditos vindicauit, nullã comitatem habuisse sermonis. Nec nõ Xenocratem quidem seueriss simum Philosophorum, ob eamque rem ipsam magnum clarũmque fuisse. Innumerabiles aliæ dissimilitudines sunt naturæ, morũq; minime tamen vituperandorũ. Admodum autem tuenda sunt sua cuiq;, non vitiosa, sed tantum propria, quo facilius decorum illud quod quærimus retineatur. Sic enim est faciendum,

Simplicitas.

Vasti et ad omnia uersatiles.

Comitas et affabilitas

Catuli duo sermõe populares, pater filio dissimilis.

Xenocrates tristis.

dum, vt contra naturam vniuersam nihil contendamus, ea tamen seruata, propriam naturam sequamur: Vt etiam si sint alia grauiora atque meliora, tamen nos studia naturæ nostræ regula metiamur. Neq; enim naturæ attinet repugnare, nec quicquã sequi, quod assequi nequeas. Ex quo magis emergit quale sit decorum illud, ideo, quia nihil decet inuita (ut aiunt) Minerua, id est, aduersante, & repugnãte natura. Omnino si quicquam est decorum, nihil est profecto magis quàm æquabilitas vniuersæ vitæ, tum singularum actionum, quã conseruare non possis, si aliorũ naturam imiteris, omittas tuam: Vt enim sermone eo debemus vti, qui notus est nobis, ne (vt quidã) Græca verba inculcantes, iure optimo rideamur: sic in actiones, omnemq; vitam, nullam discrepantiam conferre debemus. Atq; hæc differentia naturarum tantam habet vim, vt nonnunquam mortem sibi ipsi cõsciscere alius debeat, alius in eadem causa non debeat. Nõ enim alia in causa M. Cato fuit, alia cæteri, qui se in Aphrica Cæsari tradiderunt. Atqui cæteris forsitan vitio datũ esset, si se interemissent, propterea qd eorũ vita lenior & mores fuerant faciliores. Catoni autem cum incredibilem tribuisset natura grauitatem, eamq; ipse

Non fruſtra cũ natura pugnandum. Horatius. Tu nihil inuita dices, faciesue Minerua. Vt apud Luciliũ à Mutio ridetur Albutius Chære Tite.

Vlysses ad tempus oĩa ferens. Calypso Nympha. Circe solis filia. Harũ hospicio aliquãdiu usꝰ est, ut proc uxoris perderet. Aiax simplex et impatiens cõtumeliæ.

perpetua constantia roborauisset, semperq; in proposito susceptoq; consilio permansisset, moriendum potius, quã Tyranni vultus aspiciendꝰ fuit. Quàm multa passus est Vlysses in illo errore diuturno, cum & mulieribus (si Circe, & Calypso mulieres appellandæ sunt) inseruiret, & in omni sermone omnibus affabilem & iucundum se esse vellet? Domi vero, etiam & contumelias seruorum ancillarumq; pertulit, vt ad id aliquando quod cupiebat, perueniret. At Aiax (quo animo traditur) millies oppetere mortem, quàm illa perpeti maluisset.

Expolitio

47. Scenici histriones à scena. Epigoni clamosa tragœdia, de Thebis captis. Medea nota.

Quæ contemplantes expendere oportebit, qd quisq; habeat suum, eàque moderari, nec velle experiri, quàm se aliena deceãt. Id enim maxime quenq; decet, quod est cuiusq; suum maxime. Suũ igitur quisque noscat ingeniũ, acremq; se & bonorum & uitiorũ suorum iudicem præbeat: ne Scenici plus quã nos videantur habere prudentiæ. Illi enim nõ optimas sed sibi accommodatissimas Fabulas eligunt. Qui enim voce freti sunt, Epigonos, Medeamq;: qui gestu Menalippam, Clytemnestrũ. Semper Rutilius, quem ego memini Antiopiam: non sæpe Æsopus Aiacem. Ergo Histrio hoc videbit in Scena, quod non videbit sapiens in vita: Ad quas igitur res aptissimi

Ar-

erimus,

erimus, in his potissimum elaborabimus. Sin aliquādo necessitas nos ad ea detruserit, quæ nostri ingenij non erunt, omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligentia, vt ea si nō optime, at non indecore facere possimus. Nec tam est enitendum, vt bona, quæ nobis data non sint, consequamur, quàm vt vitia fugiamus.

Argumentum à minore.

*In elligendum est etiam.) In decoro diiudicando primū natura hominis, deinde suum cuiusq; ingeniū spectandum est. Itaq; hic uarietatem ingeniorū tractat iuxta illd'. Tu nihil iuita dices faciesue Minerua

Et in C. Lælio.) Vide apud Silium Italicum Lælij descriptionem: Cum dulcia solucret ora, Aequabat Pyliæ Neleia uerba senectæ, Libro XV.

Et Periclem, summā.) De Pericle Thucydides li. II. Ἐκεῖνος μὲν δυνατὸς ὢν τῷ τε ἀξιώματι καὶ τῇ γνώμῃ, χρημάτων τε διαφανῶς ἀδωρότατος κατέσχε δὲ πλῆθος ἐλευθέρως, καὶ οὐκ ἐγένετο μᾶλλον ὑπ' αὐτοῦ ἢ αὐτὸς ἦγε. Διὰ δὲ μὴ κτώμενος ἀφ' οὐ προσκόντων τὸν δύναμιν, πρὸς ἡδονήν τι λέγων ἀλλ' ἔχων ἐν ἀξιώσει καὶ πρὸς ὀργήν τι ἀντιπεῖν ὁ πότε γνοίη αἴσθοιτο τὸ τι αὐτοὺς παρὰ καιρὸν ὕβρει θαρσοῦντας λέγων, κατεπλησεν ἐπὶ δ' φοβεῖσθαι, καὶ δεδιότας αὖ ἀλόγως, ἀντικαθίστη πάλιν ἐπὶ δ' θαρσεῖν. Ἐγίγνετο τε λόγῳ μὲν δημοκρατία, ἔργῳ δὲ ὑπ' τοῦ πρώτου ἀνδρὸς ἀρχή.

Id est,

Id est, Pollebat ille cum dignitate, tum consilio, minime omniō pecunia expugnabilis, plebem in officio liberaliter retinebat, neq; uero ex eius uoluntate pendebat, sed eam sibi parere cogebat. Nam cum bonis artibus potentiam adeptus esset, nihil erat cur assentaretur multitudini. Eamq; sæpe offendebat etiā: cum pro autoritate refragaretur. Proinde si quando temere audere eam animaduertit, metu incusso dicendo repressit. Contra stulte formidantibus animū restituit. Videbaturq; in speciem summa rerum penes populum esse. Verum re ipsa penes unū Periclem erat.

Themistoclem Atheniensem.) De Themistocle ex Thucydide Lib. I. Nam inde Cicero & hæc et alia est mutuatus. Et quia personarū descriptiones apud Historicos in primis obseruandæ sunt, & uel ad mores, uel ad eloquentiam multum conducunt, excerpsimus.

Ην τὸ Θεμιστοκλῆς βεβαιότατα δὴ φύσεως ἰσχὺν δηλώσας καὶ διαφερόντως τι ἐς αὐτὸ μᾶλλον ἑτέρου ἄξιος θαυμάσθαι οἰκεία ᾗ ξυνέσει, καὶ οὔτε προμαθὼν ἐς αὐτὴν οὐδὲν οὔτ' ἐπιμαθῶν, τῶν τε παραχρῆμα δι' ἐλαχίστης βουλῆς κρατιστος γνώμων καὶ τῶν μελλόντων ἐπιπλεῖστον τοι γενησομένου ἄριστος εἰκάσθεις. Καὶ ἃ μὲν μετὰ χεῖρας ἔχοι καὶ ἐξηγήσασθαι οἷός τε. ὧν δὲ ἄπειρος εἴη, κρῖναι ἱκανῶς οὐκ ἀπήλλακτο τὸ, τε ἄμεινον ἢ χεῖρον ἐν τῷ ἀφανεῖ ἔτι προέωρα μάλιστα, καὶ τὸ ξύμπαν εἰ

πεῖν

πεῖν φύσεως μὲν δυνάμει, μελέγης δὲ βραχυτῆτι, κράτιστος δὴ οὗτος αὐτοσχεδιάζειν τὰ δεόντα ἐγενέτο.

Id est, Erat Themistocles firmissimo naturæ robore præditus, propter quod apud omnes eximia admiratione merito fuit. Suopte enim ingenio, quod doctrina neque exercuerat neque auxerat, præsentium et improuisarum rerũ breuissima deliberatione egregius erat æstimator, futura autem nemo unquam uel longius uel certius prospexit. Quæ tenebat, inq; manibus habebat, explicare potis erat. Incerta uero & obscura, donec deprendisset, non acquiescebat. In rerum delectu, quo facto, quóue præterito opus esset, nullis indicijs erat occultissimus, de quacunque re incidisset, dicebat naturæ bonitate, negligentissime meditatus. Neque quisquam hunc ex temporali in rebꝰ necessarijs usu unquàm uicit.

Et Pheræum Iasonem.) De Iasone, quem Pheræũ ab oppido Thessalorum φέραις uocat, ubi imperauit paulo ante Philippum Macedonem. Nec est Argonauta ille, de quo est in Fabulis, ut quidam suspicati sunt. Extat autem eiꝰ elegans προσωπογραφία apud Xenophontem Libro. VI. ad quam hic allusit Cicero, scribens fuisse uafrum ingenium uiri.

Φρονισμὸς μὲν οὕτω στρατηγός ἐστιν, ὡς ὅσα τε λανθάνειν καὶ ὅσα φθάνειν καὶ ὅσα βιάζεσθαι ἐπὶ χειρεῖ οὐ μάλα ἀφαμαρτάνειν· ἱκανὸς δ' ἐστὶ καὶ νυκτὸς ἅπερ

ἡμέρας

ἡμέρα χρῆσθαι, ὅταν σπεύδῃ ἄριστον καὶ δῆπνον πρισάμενος ἅμα πρνεῖσθαι, οἵ τε δὲ καὶ ἀναπαύεσθαι πάνεσθαι χρῆναι ὅταν ἀφίκηται, ἔνθ' ἂν ὁρμώμενος ᾖ, καὶ διαπράξηται ἃ δεῖ καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ δὲ ταυτὰ εἴθικεν. Ἐπίστατο δὲ καὶ ὅταν ἐπρνήσαντες ἀγαθὸν τι πράξωσιν οἱ στρατιῶται, ἐκπλῆσαι τὰς γνώμας αὐτῶν, ὥστε καὶ μεμαθήκασι πάντες οἱ μετ' αὐτοῦ, ὅτι ἐκ τῶν πόνων, καὶ τὰ μαλακὰ γίγνεται καὶ μὴν ἐγκρατέστατός γε ἐστιν, ὧν ἐγὼ οἶδα τῶν περὶ τὸ σῶμα ἡδονῶν, ὥστε οὐδὲ δεῖα ταῦτα ἀσχολίαν ἔχει εἰς τὸ μὴ πράττειν ἀεὶ τὸ δέον.

Id est: Catus adeo dux est, ut cum fallere hostem, aut anteuortere, aut ui adoriri instituit, haud ferè frustretur. Noctu ac die iuxta paratus, ne tum quidē cum conuiuium agitat ociosus. Nec antea acquiescit quàm eò, quo tēdit peruenerit, quámq; effecerit quæ ex usu sunt. Ad eundem modū milites assuefecit, quibus prolixe indulget, ubi facinus aliquod egregium fecerunt: estq; persuasum omnibus qui apud eum stipendia merent, uoluptatem atq; ocium labore parari. Ipse uero omnium quos noui parcissime uoluptatibus fruitur, quare nec hæ morantur, quo minus recte res gerat.

Post Lysandrum.) Vide Plutarhi Lysancrum.

Nec non Xenocratem.) Tanta fuit seueritate, ut Plato sæpe diceret ei, σπεύδε χάρισι.

Epigonos.) Ἐπίγονοι nomen Fabulæ, dicuntur autem

rem ἐπίγονοι á Græcis posteri eorum qui Polynice duce ad Thebas occubuerant: hi duce Alomeone postea renouarunt bellum cuius belli meminere Diodorus Siculus in V. & Pausanias in Bœotijs.

Menalippam.) Menalippa autem uterum ferens in carcerem coniecta est. Diodorus Libro. V.

Nec tam est enim.) Horatius.

Est uirtus uitium fugere & sapientia prima.

¶ Decorum ab ijs, quæ nobis fortuna attribuit, quæ ue nobis iudicio ipsi asciuimus.

AT duabus his personis, quas supra dixi, tertia adiungitur, quam casus aliquis vel temp⁹ imponit. Quarta etiã, quam nobismetipsis iudicio nostro accomodabimus. Nam regna, imperia, nobilitates, honores, diuitiæ, opes, eaq; quæ sunt his contraria, in casu sita, temporibus gubernantur. Ipsi autem quam personam gerere velimus, à nostra voluntate proficiscitur. Itaq; se alij ad Philosophiam, alij ad Ius ciuile, alij ad eloquẽtiam applicant, ipsarumq; virtutum in alia alius mauult excellere. Quorum vero patres aut maiores in aliqua gloria præstiterunt, * eorũ plerique in hoc genere laudis student excellere, vt Q. Mutius, P. filius in iure ciuili. Paulli filius Aphricanus in re militari. Quidam autem ad eas laudes, quas à patribus acceperunt,

* Aliás, hi studeant plerunq; eodẽ in genere laudis excellere.

Quæ quisque studia maxime sequitur. Co

non

non inclytus dux Athenienſiũ Timotheꝰ etiã Orator, Iſocratis diſcipulus.

runt, addunt aliquam ſuam. Vt hic idem Aphricanus eloquentia cumulauit bellicam gloriam. Quod idem fecit Timotheus Cononis filius, qui cum belli laude non inferior fuiſſet quàm pater, ad eam laudem, doctrinæ & ingenij gloriã adiecit. Fit autem interdum, vt non nulli omiſſa imitatione maiorum, ſuũ quoddam inſtitutum conſequantur. Maximeq; in eo plerunque elaborant hi, qui magna ſibi ꝓponunt, obſcuris orti parentibus. Hæc igitur omnia cũ quærimus, quid deceat, complecti animo, & cogitatione debemus.

Homines noui.

* *Ac duabus his.*) *Quatuor gradus facit. Naturã: Suam cuiuſq; indolem: Vitæ genus, in quod caſu incidimus: Studium ad quod uoluntate nos contulimus. Timotheus Cononis.*) *Iſocrate præceptore uſꝰ eſt tam familiariter, ut etiam in caſtris eum habuerit.*

¶ *Conſtituendum genus uitæ & inſtitutum.*

IN primis autem conſtituendum eſt, quos nos & quales eſſe velimus, & *in* quo genere vitæ, quæ deliberatio eſt omnium difficillima. Ineunte enim adoleſcentia cui ineſt maxima imbecillitas conſilij, tunc id ſibi quiſq; genꝰ ætatis legendæ conſtituit quod maxime adamauit. Itaque antè implicatur aliquo certo genere, curſuque viuendi quàm potuit quod optimum eſſet, iudicare. Nanq; Hercu-

Herculem * Prodicus dicit (vt est apud Xenophontem) cum primum pubescere (quod tempus à natura ad deligendum quam quisque viam viuendi sit ingressurus,) datum est) exisse in solitudinem, atq; ibi sedentem diu secum, multumq; dubitasse, cum duas cerneret vias, vnã voluptatis, alteram virtutis, vtram ingredi melius esset. Hoc Herculi Iouis satu ædito, potuit fortasse contingere, nobis non idem, qui imitamur, quoscunq; visum est, atque ad eorum studia institutaq; impellimur. Plerunq; autem parentum præceptis imbuti ad eorum consuetudinem moremq; deducimur: Alij multitudinis iudicio feruntur, quæq; * maiori parti pulcherrima videntur, ea maxime exoptant. Non nulli tamen siue fœlicitate quadam, siue bonitate naturæ, siue parentum disciplina, rectam vitæ secuti sunt viam. *Illud* autem maxime rarum genus est eorum, qui aut excellente ingenij magnitudine, aut præclara eruditione atq; doctrina, aut vtraq; re ornati, spacium etiam deliberandi habuerunt, quem potissimũ vitæ cursum sequi vellent. In qua deliberatione ad suam cuiusq; naturam, consilium est omne reuocandum. Nam *cum in* omnibus quæ aguntur, ex eo * quo modo quisq; est natus (vt supra dictũ est)

* *Alias Herculem Prodicium dictũ est, et cætera.*

Prodici sophistæ de Hercule fabula quã festiua. Refertur apud Xenophontẽ Li. II. Memorabilium,

* *Aliàs maioris indicio partis.*

* *Aliàs quẽ quisq; est nactus.*

quid deceat, exquirimus, tum in tota vita constituenda, multo est rei cura maior adhibenda, vt constare in vitæ perpetuitate possimus nobismetipsis, nec in vllo officio claudicare. Ad hanc autem rationem (quoniam maximã vim natura habet, fortuna proximã) vtriusq; omnino ratio habenda est in deligendo genere vitæ, sed naturæ magis. Multo enim & firmior est, & constantior, vt fortuna nõnunquã tanquam ipsa mortalis, cum immortali natura pugnare videatur. Qui igitur ad naturæ suæ non vitiosæ genus, consilium viuendi omne contulerit is constantiam teneat. Id enim maxime decet, nisi fortè se errasse intellexerit, in deligendo genere vitæ. Quod si acciderint (potest autem accidere) facienda morum, institutorumq; mutatio est, Eam igitur mutationem, si tempora adiuuabunt, facilius, commodiusq; faciemus. Sin minus, sensim erit, pedetentimq; facienda. Vt amicitias quæ minus delectent, & minus probentur magis decere censent sapientes, sensim dissuere, quã repente præcidere. Commutato autem genere vitæ omni ratione curandum est, vt id bono consilio feciſſe videamur. Sed quoniam paulô ante dictum est imitandos esse maiores primum illud exceptum sit, ne vitia sint imitanda; dein

Perpetuitate, id est, constantia

Quomodo cõmutandum uitæ genus.

de si

inde si natura nõ feret vt quædam imitari possint, vt superioris Aphricani filius, qui hunc Paulo natum adoptauit, propter infirmitatẽ valetudinis, non tam potuit patri similis esse, quàm ille fuerat sui. Si igitur non poterit causas defensitare, siue populum concionibus tenere, siue bella gerere, illa tamen præstare debebit, quæ erunt in ipsius potestate, iustitiam, fidem, liberalitatem, modestiam, temperantiam, quo minus ab eo id, quod desit, requiratur. Optima autem hæreditas â patribus traditur liberis, omniq; patrimonio præstantior gloria uirtutis rerumq; gestarum, cui dedecori esse nefas & vitium iudicandum est. Et quoniam officia non eadem disparibus ætatibus tribuuntur, aliaq; sunt iuuenum, alia seniorũ, aliquid etiam de hac distinctione dicendũ est. *Decorum ab ætate.*

* *In primis autem.*) Præcipit de quarto gradu.

Nanq; Herculem Prodicus.) Prodicus Rhetor finxit Herculi uoluptatem ac uirtutem adparuisse. Silius in Scipione Libro XV. imitatus.

Ad hanc autem.) Collatio ingenij & casus.

Sensim dissuere.) Dissuere amicitias, sic præcepit & in bello qui de amicitia est.

¶ *Adolescentiam quæ proprie deceant.*

Est igitur adolescentis, maiores natu vereri, ex hisq; deligere optimos, & pro-

Verecũdia batissimos, quorum consilio atque autoritate nitatur. Incuntis enim ætatis inscitia, senum constituenda & regenda prudentia est. Maxime autem hæc ætas à libidinibus arcenda est,

Disciplina exercendaq; in labore, patientiaq; & animi & corporis, vt eorum, & in bellicis. & ciuilib⁹

Industria. officijs vigeat industria. Atque etiam cũ relaxare animos, & dare se iucunditati volent, caueant intemperantiam, meminerint verecundiæ, quod erit facilius si huiusmodi quoque rebus maiores natu interesse velint.

✻ *Est igitur adolescentis.*) *Hoc uero præceptũ in primis est necessariũ, ut adolescens & in studijs, & in instituenda uita proponat sibi aliquem, quẽ effingat, quemque exprimat summo studio.* Ideo Vergilius de Pallante ait.

Sub te tolerare Magistro.
Militiam, & graue Martis opus, tua cernere facta
Adsuescat, primis & te miretur ab annis.

Eadem apnd Homerum de Achille.

¶ *Senectutem quæ deceant maxime.*

Exercẽdus animus. SEnibus autem labores corporis minuendi, exercitationes animi etiam augendæ videntur. Danda vero opera vt & amicos & iuuentutem, & maxime Rempublicam

Vt prosint alijs. consilio & prudentia quàm plurimum adiuuent. Nihil autem magis cauendum est sene-

ctuti, quâm ne languori desidiæq; se dedat. Luxuria vero cum omni ætati turpis, tũ Senectuti fœdissima est. Si autem & libidinum intemperantia accesserit, duplex malum est, quôd & ipsa senectus concipit dedecus, & facit adolescentium impudentiorem intemperantiam.

Turpis res desidiosa senectus.

Luxuriosa turpior, Libidinosa turpissima

* *Senibus autem labores.*) Apud Homerũ Nestor:

βουλῇ καὶ μύστοισι τὸ καὶ γέρας ἐστὶ γερόντων

¶ *Magistratus personam quæ deceant.*

AC ne illud quidem alienum est, de magistratuum, de priuatorum ciuium, de peregrinorum officijs dicere. Est igitur proprium munus Magistratus intelligere se gerere personam ciuitatis, debereq; eius dignitatem & decus sustinere, seruare leges, iura describere, & ea fidei suæ commissa, meminisse. Priuatum autem oportet, æquo, & pari, cũ ciuibus iure viuere, neq; submissum & abiectum, nec sese efferentem, tum in Republica ea velle quæ tranquilla & honesta sint. Talẽ enim & sentire bonum ciuem, & dicere solemus. Peregrini autem & incolæ officium est, nihil præter suũ negocium agere, nihil de alio inquirere, minimeq; in aliena esse Republica curiosum. Itaq; verè officia reperientur, cum quæretur quid deceat, & quid aptum sit perso-

Priuatum qd deceat.

Hospitis officium.

nis, temporibus, ætatibus. Nihil est autem qđ tam deceat, quàm in omni re agenda, consilioq; capiendo, seruare constantiam.

Decorum à cultu, motuque corporis.

Gestus. Habitus.

SEd quoniam decorum illud in omnibus factis, in corporis deniq; motu, & statu cernitur, id positum est in tribus rebus, formositate, ordine, ornatu ad actionem apto, difficili9 ad eloquendum, sed satis facile erit intelligi. In his autem tribus continetur cura etiam illa, vt probemur his cum quibus & apud quos viuamus. His quoq; de rebus pauca dicantur.

¶ *Quasdam corporis partes indecore ostendi, rescitem quasdam inhoneste uel fieri palam, uel aperte nominari.*

PRincipio corporis nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem, quæ formam nostram, reliquàmque figurã in qua esset species honesta, eã posuit in promptu. Quæ autem partes corporis ad naturæ necessitatem datæ, aspectum essent deformẽ habituræ, atque turpem, eas contexit, atque abdidit. Hanc naturæ diligentem fabricam imitata est hominum verecundia. Quæ enim natura occultauit, eadem omnes, qui sana mẽte sunt, remouent ab oculis, ipsiquẽ necessitati dant

tidant operam, vt quàm occultissime pareant. Quarûmque partium corporis vsus sunt necessarij, eas neque partes, neque earum vsus nominibus appellant, quòdque facere nõ est turpe (modo occulte) id dicere obscœnum est. Itaq; nec actio rerum illarum aperta, petulantia vacat, nec orationis obscœnitas. Nec uero audiendi sunt Cynici, aut si qui fuerunt Stoici penê Cynici, qui reprehendunt & irridēt, quod ea quæ turpia re non sint, nominibus ac uerbis flagitiosa ducamus. Illa autem quæ turpia sunt nominibus appellemus suis: Latrocinari, fraudare, adulterari re turpe est, sed dicitur non obscœne. Liberis dare operã, re honestum est, nomine obscœnum. Pluraq; in eam sententiam ab eisdem contra verecundiam disputantur. Nos autem naturã sequamur, & omne quod abhorret ab ipsa oculorũ auriumq; comprobatione, fugiamus. Status, incessus, sessio, accubatio, vultus, oculi, manum motus teneant illud decorum. Quibus in rebus duo sunt maxime fugienda: Ne quid effœminatum aut molle, aut ne quid durum aut rusticum sit. Nec vero Histrionibus, Oratoribusq; concedendum est, vt his hæc apta sint, nobis dissoluta. Scenicorũ quidem mos, tantam habet veteri disciplina verecundiam,

Cynici, & ueteres Stoici nihil dictu putabant obscœnum q̃d factu turpe non esset.

Gestus neque mollis neq; rusticus.

Exemplũ uerecũdiæ et à scena petitum.

vt in scena sine subligaculo prodeat nemo. Verentur enim, ne si quo casu euenerit, vt corporis partes quædam aperiantur, aspiciantur non decore. Nostro quidem more cum parentibus puberes filij cum soceris quidem generi non lauantur. Retinenda est igitur huius generis verecundia, præsertim natura ipsa magistra & duce.

Exemplũ Romanæ uerecũdiæ

Dignitas uirorum. Venustas mulierum.

* Prĩcipio corpor. no.) *Semina uerecũdiæ in natura*

¶ *Quæ forma uirũ, quæ fœmĩam deceat, et quatenus utrique colenda, quis item gestus, qui motus decorus.*

Argumentũ à minore. Formæ et uestitus. Mundicies media ĩter elegantiã nitiosam et agrestem negligentiam. Incessꝰ moderatus Pomparũ. In quibus sa-

CVm autem pulchritudinis duo genera sunt, quorum in altero venustas sit, in altero dignitas, venustatem muliebrem ducere debemus, dignitatem virilem. Ergo & à forma remoueatur omnis viro non dignus ornatus, & huic simile vitium in gestu, motũque caueatur. Nam & palæstrici motus sæpe sunt odiosiores, & Histrionũ nonnulli gestus inepti nõ vacant offensione, & in vtroque genere quæ sunt recta & simplicia laudantur. Formæ autem dignitas coloris bonitate tuenda est, color exercitationibus corporis. Adhibenda est præterea mundicia, nõ odiosa, neq; exquisita nimis, tantumq; fugiat agrestem & inhumanam negligentiam. Eadem ratio est habenda

habenda vestitus. In quo sicut in pleriſq; rebꝰ mediocritas optima est. Cauendum est autem ne aut tarditatibus vtamur in gressu molliori-bus, vt similes pomparum ferculis esse videa-mur, aut in festinationibus suscipiamus nimi-as celeritates. Quæ cũ fiunt anhelitus mouen tur, vultus mutantur, ora torquentur, ex quibꝰ magna significatio fit, non adesse constantiã. Sed multo etiam magis elaborandum est, ne animi motus à natura recedant. Quod asse-quemur, si cauebimus ne in perturbationes, at que exanimationes incidamus, & si attentos animos ad decori conseruationem tenebimꝰ. Motus autem animorum duplices sunt, alteri cogitationis, alteri appetitus. Cogitatio in ve ro exquirendo maxime versatur, Appetitus impellit ad agendum. Curandum est igitur, vt cogitatione ad res quã optimas vtamur. Appetitum rationi obedientem præbeamus.

cra & si-mulachra

lentissimo

incessu cir

cũferũtur.

Horatius,

Sæpe ue-lut qui cur rebat fugi ens hostem

ꝓ sæpe ue-lut qui Iu-nonis sacra ferret.

Cogitatio.

Appetitus

* *Cum autem pulchritudinis.*) Habitus.

Cauendum est autem) Incessus.

¶ *Duplex orationis genus, Rhetoricum & quoti-dianum.*

ET quoniam magna vis orationis est eaq; duplex, altera contentionis, altera ser monis: Contentio disceptationibus tri-buatur iudiciorum, Concionum, Senatus.

Ea nemo docet, quæ nulli cupiunt discere

Sermo purus et cum dignitate.

Pronũciatio cuiusmodi.

Sermo in circulis, disputationibus, congressionibus familiarium versetur, persequatur etiã communia. Contentionis præcepta Rhetorum sunt multa, nulla sermonis, quanquam, haud scio an possint hæc quoque esse. Sed discentiũ studijs inueniuntur magistri, huic autem, qui studeant sunt nulli, Rhetorũ turba referta omnia Quanquam quæ verborum sententiarũq; præcepta sunt, eadem ad sermonem pertinebunt. Sed cũ orationis iudicem vocem habeamꝰ, in voce autem duo sequamur, vt clara sit, vt suauis, vtrunq; omnino à natura petendũ est: verum alterum exercitatio augebit, alterũ imitatio presse loquentiũ & leniter. Nihil aliud fuit in Catulis, vt eos exquisito iudicio putares vti literarum, quanquã erant literati, sed & alij Hi autem optime vti lingua Latina putabãtur. Sonus erat dulcis, literæ neq; expressæ, neq; oppressæ, ne aut obscurum esset, aut putidum. Sine contentiõe vox nec languens nec canora. Vberior oratio L. Crassi, nec minus faceta, sed bene loquendi de Catulis opinio non minor. Sale vero conditus & facetijs Cêsar Catuli fratris pater vicit omnes, vt in ipso illo Forensi genere dicendi contentiones aliorum, sermone vinceret. In omnibus igitur his elaborandum est, si in omni re, quid deceat exquirimus.

Catuli pater et filij. de quibus in Bruto.

Putidum id est, odiosũ, et affectatũ. Conditus deest in uetusto Codice.

Sermo

* *Sermo in circulis.*) *Comitas laudata in Ennij carmine apud Gellium Libro. XII. Capite. IIII.*

In uoce autem.) *Primum præceptum.*

¶ *Sermo familiaris, quemadmodum moderandus.*

SIt igitur hic sermo (in quo Socratici maxime * vigent) lenis, minimèque pertinax, insit in eo lepos. Nec vero tanquam in possessionem suã uenerit, excludat alios: sed cum reliquis in rebus tum in sermone cõmuni, utcisitudinem non iniquam putet. At videat in primis quibus de rebus loquatur, si seriis, seueritatem adhibeat: si iocosis, lepõrẽ. In primis prouideat, ne sermo uitium aliqd indicet inesse moribus. Quod maxime tum solet euenire cum studiose de absentibus detrahendi causa, aut per ridiculum, aut seuere, aut maledice, contumelioseq; dicitur. Habentur autem plerunq; sermones, aut de domesticis negocijs, aut de Republica, aut de artium studijs & doctrina. Danda igitur opera est, vt si etiam aberrare ad alia cœperit, ad hæc reuocetur oratio. Sed vtcunq; aderunt res, (neque enim omnes ijsdem de reb⁹, nec in omni tempore, nec similiter delectamur) animaduertendũ est etiam quatenus sermo delectationem habeat, & vt incipiendo ratio fuerit, ita sit desinendi. Sed quoniam in omni vita rectissime præcipitur

Aliter, excellunt.

Nec acerbus ne pertinax, ne insulsus ne imodicus, ut rebus ac cõmodus, ne obtrectatorius.

Vt honestis de rebus.

Ne uagus & inæqualis.

Ne Concitatior.

præcipitur, ut perturbationes fugiamus, id est, motꝰ animi nimios rationi non obtemperantes: sic eiusmodi motibus sermo debet vacare ne aut ira exístat, aut cupíditas alíqua, aut pígritia, aut ignauia, aut tale aliquid appareat. Maximeq; curandũ est, vt eos, quibus cũ sermonem conferemus, & vereri, & diligere videamur. Obiurgationes etiam nonnunquam incidunt necessariæ, in quibus vtendũ est fortasse & vocis contentione maiore, & verborũ grauitate acriore. Id agendum etiam est, vt ne ea facere videamur irati, sed vt ad vrendum, et secandum, sic ad hoc genus castigandi raro, inuitiq; ueniemꝰ: nec vnquam nisi necessario, si nulla reperietur alia medicina. Sed tamen ira procul absit, cum qua nihil recte fieri, nihil cõsiderate potest. Magna autem parte clemẽti castigatione licet vti, grauitate tamen adiuncta vt & seueritas adhibeatur, & contumelia repellatur. Atq; etiam illud ipsum, quod acerbitatis habet obiurgatio, significandũ est ipsius id causa, qui obiurgetur susceptum esse. Rectum est autem etiam in illis cogitationibus, quæ cum inimicissimis fiunt, etiam si nobis indigna audiamus, tamen grauitatem retinere, iracundiam repellere. Quæ enim cum aliqua perturbatione fiunt, neque ea constanter fieri

Ne cõtumelioſus in amicos.

Obiurgatio quatenus adhibenda.

Ne tamen quidem ferendum maledictũ cũ male audierimus.

ter fieri possunt, nec ab his, qui adsunt approbari. Deforme etiam est, de seipso prædicare, falsa præsertim, & cum irrisione audientium, imitari militem gloriosum. *Indecora iactantia Trasonica*

* *Sit igitur hic sermo.*) *Congeries præceptorum.*

Habentur autem plerũque.) *Argumenta sermonis.*

Obiurgationes etiam.) *Plautus in Trinummo: Nè amicum castigare ob meritam noxiam, immane est facinus, uerum in ætate necessarium.*

Sed tamen ira.) *Vergilius: Furor iràque mentem præcipitant.*

¶ *In ædificijs extruendis, qui modus.*

ET quoniam omnia persequimur (volumꝰ quidem certe) dicendum est etiam, qualem hominis honorati, & principis domũ placeat esse, cuius finis est vsus, ad quẽ accõmodanda est ædificandi descriptio, & tamen adhibenda dignitatis cõmoditatisque diligentia. C. Octauio (qui primus ex illa familia cõsul factus est) honori fuisse accepimꝰ, quôd præclarâ ædificasset in palatio, & plenam dignitatis domum, quæ cum vulgo viseretur, suffragata domino nouo homini ad consulatum putabatur. Hanc Scaurus demolitus, accessionem adiunxit ædibus. Itaq; ille in suam domum consulatum primus attulit: Hinc sumꝰ & clarissimi viri filius in domum multiplicatam, *C. Octauius ex Octauiorũ gente primus Consul. Ignominiâ quód à consulatu repulsus, ca-*

lamitatē, qa repetūdarū reus.

catam, non repulsam solum retulit, sed ignominiam etiam & calamitatem. Ornanda est enim dignitas domo, non ex domo dignitas tota quærenda. Nec domo dominus, sed domino domus honestanda est. Et vt in cæteris habenda ratio, non sui solum sed etiam aliorum, sic in domo clari hominis, in quā & hospites multi recipiendi, & admittenda hominū cuiusq; generis multitudo, adhibenda est cura laxitatis. Aliter enim ampla domus dedecori domino sæpe fit, si est in ea solitudo, & maxime si aliquando alio domino solita est frequentari. Odiosum est enim cum à prætereuntibus dicitur. O domus antiqua, & dominare domino quā dispari. Quod quidem his temporibus in multis licet dicere. Cauendum est etiam (præsertim si ipse ædifices) ne extra modū sumptu, & magnificentia prodeas, quo in genere multū mali etiam im Exemplo est. Studiose enim plerique (pręsertim in hanc partem) facta principum imitantur. Vt L. Luculli summi viri virtutem quis? At quàm multi villarum magnificentiam imitati sunt. Quarum quidem certe est adhibendus modus, ad mediocritatèmque reuocandus, eadêmq; mediocritas ad omnem vsum cultûmque vitæ referenda est. Sed hæc hactenus.

49. *Domus optimatis, neq; angusta neq; uasta.*

30. *E Poeta quopiam sumptus uersiculus uidetur.*

Antiquam aūt nobilē dixit et angustam,

32.

Sic Eras. O domo Antiquam dispari domino dominaris.

Cuius

* *Cuius finis est usus.*) Modus in ædificando

Et tamen adhibenda.) Xenophon in Oeconomico damnat φιλοικοδόμους.

¶ *Tria omni in uita seruanda.*

Vt cõsilio nõ cupiditate suscipiatur.

Vt quãtum oportet, curæ adhibeatur. Vt mediocritas seruetur. Aliter additur ad modum.

IN omni autẽ actione, suscipienda & tria sunt & tenenda. Primum, vt appetitus rationi pareat, quo nihil est ad officia conseruanda accõmodatius. Deinde vt animaduertatur quanta illa res sit, quam efficere velim?, neu maiot, nêue minor cura, & opera suscipiatur, quã causa postulet. Tertium est, vt cauea-mus, vt ea quæ pertinent ad liberalitatem, specie & dignitate moderata sunt. Modus autem est optimus, decus ipsum tenere (de quo ante diximus) nec progredi longius. Horũ tamen trium præstantissimum est appetitum obtemperare rationi.

* *In omni autem.*) ἐπίλογος

¶ *Decorum à loco, ac tempore.*

Eutaxia quæ eadem modestia quid sit.

Modestiæ definitio.

Ordo defi nitur.

εὐκαιρία

DEinceps de ordine rerum, & temporũ oportunitate dicendum est. Hæc autẽ scientia continet eam quam Græci εὐταξίαν nominant, non hanc quam interpretamur modestiam, quo in verbo modus inest. Sed illa est εὐταξία, in qua intelligitur ordinis conseruatio. Itaq; vt eandem nos modestiam appellem?, sic definitur à Stoicis, vt modestia sit scientia

quæ Latine oportunitas quid, καιρὸς οc casio, εὔκαιρος opportun9 ἄκαιρος importun9

sit scientia earum rerum, quæ agentur, aut dicentur, loco suo collocandarum. Itaq; videatur eadem vis ordinis & collocationis fore. Nam & ordinem sic definiunt compositionē terum aptis, & accommodatis locis. Locum autem actionis, opportunitatē temporis esse dicunt. Tempus autem actionis opportunū, Græce εὐκαιρία, Latine appellatur occasio. Sic fit vt modestia hæc quā interpretamur ita vt dixi, scientia sit oportunitatis idoneorum ad agendum temporū. Sed potest esse eadem prudentiæ definitio, de qua principio dixim9. Hoc autem loco de moderatione & temperantia & alijs similibus virtutibus quærimus. Itaque quæ erant prudentiæ propria, loco suo dicta sunt. Quæ autem harum virtutum, de quibus iamdudum loquimur, quæ pertinent ad verecundiam, & ad eorū approbationem, quibus cum viuimus, nunc dicenda sunt.

Deinceps de ordine.) *Quomodo circumstantiæ ut rient officia. Thersites obiurget Agamemnonem, seditiosum est: faciat idem Nestor, uidebitur è Republica fieri.*

εὐταξία.) εὐταξία *ordinis obseruatio.*

εὐκαιρία.) Εὐκαιρία *temporis obseruatio.*

Sed potest esse.) *Id est, est sané prudentia cum modestia cognata. Sed modestiā hactenus uocamus quatenus*

tenus gestus ipsos, et tanquam illam actionem ἡ ὑπόκρισιν gubernat.

¶ *Quid quo loco ac tempore deceat, dedeceatq;.*

TAlis est igitur ordo actionum adhibendus vt quemadmodũ in oratione constanti, sic in vita, sint omnia inter se apta & conuenientia. Turpe est enim & valde vitiosum, in re seuera, conuiuio dignum, aut delicatum aliquem inferre sermonem. Bene Pericles, cũ haberet collegam in prætura Sophoclem Poëtam, hicq; de cõmuni officio conueniissent, & casu formosus puer præteriret, dixissetq; Sophocles: O puerum pulchrũ Pericle. At enim Prętorem Sophocle decet, non solũ manus, sed etiam oculos abstinentes habere. Atq; hoc idem Sophocles, si in Athleta rum approbatione dixisset, iusta reprehensio ne caruisset. Tanta vis est & loci, & temporis, vt si quis cum causam sit actur⁹ in itinere, aut in ambulatione secũ ipse meditetur, aut si qd aliud attentius cogitet, non reprehendatur. At hoc idem si in conuiuio faciat, inhumanus videatur, insciti temporis. Sed ea quæ multũ ab hũanitate discrepant, vt si quis in foro cantet, aut si qua est alia magna peruersitas facile apparent, nec magnopere admonitionem & præcepta desiderant. Quæ autem parua viden

Indecorum aut in re seria nugari aut in re ioco seria esse.

Athletæ, & uirtutis ex ercendæ gratia cer tant.

§3.

H tur esse

dentur esse delicta, neq; à multis intelligi possunt, ab his est diligentius etiam declinandũ. Vt in Fidibus aut in Tibijs, quàmuis paululũ discrepent, tamen id à scientе animaduerti solet, sic viuendum est in vita, ne forte quid discrepet, vel multo etiam magis, quo maior & melior actionum quàm sonorum concentus est. Itaq; vt in fidibus Musicorũ aures vel minima sentiunt, sic nos (si acres ac diligentes iudices esse volumus, animaduersoresq; vitiorum) magna intelligemus sæpe ex paruis. Ex oculorum obtutu, supercilíorum aut remissione, aut contractione, ex mœstitia, ex hilaritate, ex risu, ex locutione, ex reticentia, ex contentione vocis, ex submissione, ex cæteris similibus facile iudicamus quid apte eorum fiat, quid ab officio, naturaq; discrepet. Quo in genere non est incõmodum, quale quodq; eorum sit, ex alijs iudicare, vt si quid dedeceat illos, vitemus & ipsi. Fit enim, nescio quo modo, vt magis in alijs cernamus quàm in nobismetipsis, si quid delinquitur. Ita facillime corriguntur in discendo, vitia quorum imitantur (emendandi causa) magistri. Nec vero alienũ est ad ea eligenda, quæ dubitationem afferũt, adhibere doctos homines, vel etiam vsu peritos, & quid his de vnoquoque genere officij placeat

Harmonia ut in fidib⁹ ita et in uita.

Ne minimis quidẽ in rebus oportet á loco ac tempore dissentire.

§4.

Vitia quorũ, pro ij quorum uitia.

placeat exquirere. Maior enim pars eô ferè deferri solet, quô à natura ipsa deducitur. In quibus videndum est, non modo quid quisq; loquatur, sed etiam quid quisq; sentiat, atq; etiã qua de causa quisque sentiat. Vt enim Pictores, & hi qui signa fabricantur, vt veri etiam Poëtæ, suum quisque opus à vulgo considerari vult, vt si quid reprehensum sit à plurib9, id corrigatur, hisq; & secum & cum alijs, quid in eo peccatum sit, exquirunt, sic aliorũ iudicio permulta nobis facienda & non facienda. & *imitanda & corrigenda sunt. Quæ vero more aguntur, & institutis ciuilibus, de his nihil est præcipiendum. Illa enim ipsa præcepta sũt. Nec quenquam hoc errore duci oportet, vt si quid Socrates aut Aristippus contra morem, consuetudinêmque ciuilem fecerint, locutiue sint, idem sibi arbitretur licere. Magnis illi, et diuinis bonis hanc licentiam adsequamur. Cynicorũ vero ratio tota est eijcienda. Est enim inimica verecundię, sine qua nihil rectum esse potest, nihil honestum. Eos autem, quorum vita perspecta in rebus honestis atque magnis est, bene de Republica sentientes ac bene meritos, aut merentes, sicut aliquo honore et imperio affectos, obseruare et colere debemus. Tribuere etiam multum senectuti. Cedere his

Id de Apelle refert Plinius & de Marõe item literis proditum.

* Aliàs mutanda.

Hora. Oĩs Aristippũ decuit color. Socrates reus factus, qd Atheniensium ĩstituta cõtẽneret, Cynicorũ institutũ, quoniã abhorret ab hu-

humana ue recũdia re ijciendum. qui magistratum habebunt, habere delectum ciuis, & peregrini. In ipso quoq; peregrino priuatimne, an publice euenerit. Ad summam (ne agam de singulis) communem totius generis humani hominũ conciliationem, & consociationem, colere, tueri, seruare debemus.

Quid erga quanque p sonam decet.

Turpe est autem.) De temporibus.

Sic uiuendum.) Similitudo.

Fit enim nescio.) Catullus: Sed non uidemus Manticæ quid in tergo est.

Vt enim Pictores.) Similitudo.

Quæ artes, & qui quæstus sordidi, qui contrà liberales.

IAm de artificijs, & quæstibus, qui liberales habendi, qui sordidi sint, hoc ferê accepimus. Primum improbantur hi quęstus, qui in odia hominum incurrunt, vt portitorũ, & fœneratorum: Illiberales autem, & sordidi quæstus mercenariorum omniũ, quorum operæ, non quorum artes emuntur. Est enim in illis ipsa merces, auctoramentum seruitutis. Sordidi etiam putandi, qui mercantur â mercatoribus, quod statim vendant. Nihil enim proficiunt, nisi admodum mentiantur, Nec vero quicquam est turpius vanitate. Opificesq; omnes in sordida arte versantur. Nec vero quicquã ingenuum potest habere officina, minimeq;

Auctoramentũ præmiũ aut obligatio. Circitores.

nimeq; artes probandæ, quę ministræ sunt vo luptatũ, Cætarij, Lanij, Coqui, Fartores, Pisca tores, at ait Terentius. Adde his si placet, vn guentarios, Saltatores totũmquæ ludum ta larium. Quibus autem artibus aut prudentia maior ineſt aut non mediocris vtilitas quæri tur, vt Medicina, vt Architectura, vt doctrina rerum honestarum, hæ sunt his quorum ordi ni conueniunt honestæ. Mercatura autem si tenuis est, sordida putanda est. Sin magna & copiosa multa vndiq; apportans, multisq; si ne vanitate impartiens, non est admodum vi tuperanda. Atq; etiam si satiata quæstu, vel contenta potius, vt sæpe ex alto in portũ, ex ipso portu se in agros possessionesq; contule rit, videtur iure optimo posse laudari. Omnũ autem rerũ ex quibus aliquid exquiritur, nihil est Agricultura melius, nihil uberius, nihil dul cius, nihil homini libero dignius. De qua, quo niam in Catone Maiore satis multa diximus, illinc assumes, quæ ad hunc locum pertinent.

Ex Eunuchone.

Artes honestæ.

Medicus si delis.

Architectus.

Studia.

Mercatura copiosa citra uanitatem.

Ex alto, id est, e mari.

Laus Agriculturæ.

* *Iam de Artificijs.*) *Opificia & quæstus.*

Qui mercantur quod statim uendant.) *Ii sunt* πρὸ πωλαι.

¶ *E duobus honestis, utrum honestius.*

SEd ab his partibus, quæ sunt honestatis, quemadmodum officia ducerentur, satis

expositum videtur. Eorum autem ipsorum, quæ honesta sunt, potest incidere sæpe contentio, & comparatio de duobus honestis, vtrum honestius. Qui locus est à Panætio prętermissus. Nam cum omnis honestas manet à partibus quatuor, quarum vna sit cognitionis, altera commnunitatis, tertia magnanimitatis, quarta moderationis, hæc in deligendo officio inter se comparentur, necesse est. Placet ergo aptiora esse naturæ ea officia, quæ ex communitate, quàm ea, quæ ex cognitione ducantur. Idq; hoc argumento confirmari potest. Quod si contigerit ea vita sapienti, vt omniũ rerũ affluentibus copijs ditetur quamuis omnia quæ cognitione digna sint, summo ocio secum ipse consideret & contempletur, tamẽ si solitudo tanta sit, vt hominem videre non possit, excedat è vita. Princepsq; omnium virtutum est illa sapientia, quam σοφίαν Græci vocant. Prudentiã enim, quã Græci φρόνησιν aliam quandam intellígimꝰ, quæ est rerum expetendarũ fugiendarũmque scientia. Illa autem sapientia (quam principem dixi) rerũ est diuinarũ atque humanarum scientia, in qua continetur deorum & hominũ communitas, & societas inter ipsos. Ea si maxima est (vt est certe) necesse est quod à cõmunitate ducatur officium

manat

Iustitiæ officia potiora officijs prudentiæ

Sapientia rerũ intelligibilium.

Prudentia rerum agendarum.

officium, id est maximum. Etenim cognitio contemplatiôque naturæ manca quodammodo atque inchoata sit si actio nulla rerum consequatur. Ea vero actio in hominũ cõmodis tuendis maxime cernitur. Pertinet igitur ad societatem generis humani. Ergo hæc cognitioni anteponenda est. Atq; id optimus quisque reipsa ostendit & iudicat. Quis est enim tam cupidus in perspicienda, cognoscendaq; rerũ natura, vt si ei tractanti, cõtemplantiq; res cognitione dignissimas, subito sit allatum periculum, discrimenq; patriæ, cui subuenire opitulariq; possit non illa omnia relinquat, atq; abijciat, etiam si dinumerare se stellas, aut metiri mundi magnitudinem posse arbitraretur. Atque hoc idem in parentis, in amicite, aut periculo fecerit. Quibus rebus intelligitur, studijs officijsq; scientiæ, præponenda esse officia iustitiæ, quæ pertinent ad hominũ charitatem, qua nihil homini debet esse antiquius. Atq; illi ipsi quorũ studia vitaq; omnis in rerum cognitione versata est, tamen ab augendis hominum vtilitatibus & commodis non recesserunt. Nam & erudiere multos, quo meliores ciues, vtiliores q; in reb⁹ suis publicis essent, vt Thebanũ Epaminundam Lysias Pythagoreus; Syracusium Dionem Plato, mul-

Antiquius id est, charius.

Epaminundas dux Thebanus

à Lysia Tarētino Philosopho Pythagoreo Philosophiæ preceptis institutus. Diō Syracusanus, à Platone. Eloquentia ad cōmūitatis commoda utilior, quā cōtēplatio Cōmunitatem magis ac prius secūdū naturā hominis esse quā cognoscendi cupiditatem ideo enim discimus ut so-

tiq́ multos. Nosq́ ipsi quicquid ad Rempublicam attulimus (si modo aliquid attulimus) à Doctoribus atq́ doctrina instructi, ad eam & ornati accessimus Neq́ solum viui, atq́ præsentes studiosos discendi erudiūt atq́ docent: sed hoc idem etiam post mortem monumentis literarum assequuntur: Nec enim locus vllus prætermissus est ab his, qui ad leges, qui ad mores, qui ad disciplinam Reipublicæ pertinet vt ocium suum ad nostrum negocium cōtulisse videantur. Ita illi ipsi doctrinę studijs & sapientiæ dediti ad hominum vtilitatem, suā prudentiam, intelligentiàmque potissimum conferunt Ob eam etiam causam eloqui copiose (modo prudenter) melius est, quàm vel acutissime sine eloquentia cogitare, quôd cogitatio in se ipsa vertitur, eloquentia vero complectitur eos, quibus cum cōmunitate iuncti sumus. Atque vt apum examina, non fingendorum fauorum causa congregantur, sed cū cōgregabilia natura sint. fingunt fauos: sic homines ac multo etiam magis natura congregati, adhibent augendi cogitandiq́ solertiā. Itaq́ nisi ea virtus, quæ constat ex hominibus tuendis, id est, ex societate generis humani, attingat rerū cognitionem, soliuaga cognitio, & ieiuna videatur. Item magnitudo animi remota

mota â cõmunitate, coniunctioneq; hũana, ferítas fit quædam & immanitas. Ita fit, vt vincat cognitionis studium, consociatio hominũ, atq; communitas Nec verum est, quod dicitur à quibusdam, propter necessitatem vitæ, quòd ea quæ natura desideraret, consequi sine alijs atq; efficere non possemus, idcirco initam esse cum hominibus cõmunitatem & societatem. Quòd si omnia nobis quæ ad victum cultumq; pertinent, quasi virgula diuina (vt aiũt) suppeditarentur, tum optimo quisq; ingenio negocijs omnibus omissis, totum se in cognitione, & scientia collocaret. Non est ita: Nam & solitudinem fugeret, & socium studij quæreret, tum docere, tum discere vellet, tum audire, tum dicere. Ergo omne officium quod ad coniunctionem hominum, & ad societatem tuendam valet, anteponendum est illi officio, quod cognitione & scientia continetur.

cietatẽ ad-
iuuemꝰ nõ
ideo cõiun-
gimus ut
cognoſca-
mus, idq; ꝯ-
cutiſſima
meta.

Virgula di-
uina, id eſt
citra no-
ſtrã operã
Prouerbi-
ale.

* *Sed ab his.*) *Collatio uirtutum. Porrò præferuntur hæ, quibus cõmunis societas hominum inter ipsos conseruatur. Est itaq; iustitia in fastigio uirtutum.*

Nam & erudire.) *Quid literati conferant in communi quanquam non gerant Respublicas.*

Ita fit ut uincat.) *Obiter disputat unde societas nascatur.*

¶ *Iustitiá ne an Temperántia potior.*

Ne iustũ q̃dem qd̃ nõ idem decorũ. Ex ipsis iustitiæ officijs aliud alio honestius.

Grad9 officiorum:
I. Dij.
II. Patria.
III. Parentes.
IIII. Pupilli nobis. crediti.
V. Clientes
VI. Hospites.
VII. Cognati.
VIII. Affines. De his apud Gel. lib. V. capite. XIII.

ILlud fortsitan quærendum sit, num hæc communitas, quæ maxime est apta naturæ sit etiam moderationi, modestiæq; semper anteponenda. Non placet. Sunt enim quędam ita fœda, partim ita flagitiosa, vt ea necõ seruandæ quidem patriæ causa sapiens facturus sit. Ea Posidonius collegit permulta, sed ita tetra quædam, ita obscœna, vt dictu quoq; videantur turpia. Hæc igitur non suscipiet quisquam Reipublicæ causa, ne Respublica qdem pro se suscipi volet. Sed hæc commodius se res habet, quod nõ potest accidere tempus, vt interfit Reipublicæ quicquam illorũ facere sapientem Quare hoc quidem effectum sit in officijs deligendis, hoc genus officiorum excellere, quod teneatur hominum societate. Etenim cognitionem, prudentiamq; sequitur considerata actio. Ita fit, vt considerate agere pluris sit, quàm cogitare prudenter, atq; hæc quidem hactenus. Patefactus est enim locus ipse, vt non sit difficile in exquirendo officio, quid cuiq; sit præponendum, videre. In ipsa autem cõmunitate sunt gradus officiorũ, ex quibus, quid cuiq; præstet, intelligi possit, vt prima dijs immortalibus: secunda, patriæ: tertia, parentibus: deinceps gradatim reliqua

reliquis

reliquis debeantur. Quibus ex rebus breuiter disputatis intelligi potest, non solum id homines solere dubitare, honestúmne an turpe sit, sed etiam duobus propositis honestis, vtrum honestius. Hic locus à Panætio est (vt supra dixi) prætermissus. Sed ad reliqua pergamus.

* *Illud forsitan quærendum.*) *Societas ita seruetur ut uercundia tamen seu modestia non uioletur.*

Patefactus est.) Ἐπίλογος. *Summæ sunt uirtutes quæ conseruant communem societatem.*

M. T. CICERONIS OFFICIORVM LIBRI. I. FINIS.

VOCES ALIQVOT ANNOTATÆ ex Officijs Mar. Tul. Per Erasmum, ex Præfatione.

1 *Communis est omnium Philosophorum.*) *Cũ dicamus, hoc mihi cum illo commune est. Cõmune tamen omnium dicitur, potius quã omnibus. Etiam si in eodem hoc Libro scripsit: Multa enim ciuibus inter se cõmunia, nec reciproci seruata proprietate, si modo locus mendo uacat.*

2 *Hic si sibi ipse consentiat.*) *Consentit sibi, qui cõstat sibi suiq; similis est. Vtrunq; recte dicimus: Consentit illi, & consentit cum illo.*

Ex Primo Libro Annotationes.

3 *Auemus aliquid audire.*) *Auere pro cupere, uidet & Oratoribus usurpatum.* Perspi-

4 Perſpicientia ueri.) Hoc annotaui quod rarius eſt. Perſpicientia ſicut intelligentia.

5 Hisq; temere aſſentiamur.) Aſſentimus homini cui credimus, & aſſentimur rebus, quas credimus, ut liquet ex hoc loco.

6 Qua ſocietas hominũ inter ipſos.) Ipſe pronomen, proximum eſt naturæ reciprocum. Ideoq; hoc loco ponitur ubi uero reciprocatio non eſt. Sed quiddam ſimillimum.

7 Vel benignitatem.) Hic palàm docet M. Tull. benignitatem non ſignificare manſuetudinem, quemadmodum uulgus putat, ſed beneficentiam, ac liberalitatem.

8 Iuſtum dicit, non tantum, qui ſuum cuique reddit, uerum etiam probum, omniq; uirtute præditum, more Hebræorum.

9 Occupatio.) Qua rem uacuam uſurpamꝰ primi

10 Conditione.) Pro Conuentione.

11 Ad uſum hominum omnia creari.) Creari dixit, pro parari Græcis, κτᾶσθαι.

12 Ipſi inter ſe, alij alijs prodeſſe poſſint.) Quod Græci dicunt ἀλλήλοις, hic uertit alij alijs.

13 Tam eſt in uitio, quàm ſi parentes.) Vulgatum eſt. In culpa, in crimine, in cauſa, in mora eſſe. Inuſitatius autem in uitio eſſe pro eo quod eſt peccare.

14 Expetuntur autem diuitiæ.) Expetimus res egregias, aut ut egregias. Appetimus ad que ferimur affectu magis quàm iudicio. Cum

15 Cum hoste pactæ induciæ.) Vt homo pactus dicitur cui promissum est aliquid. Ita res pacta dicitur quæ pacto promissa est.

16 Nationes belle deuictas in fidem cepissem.) Do me tuæ fidei. Do me in fidem tuam, & capio te in fidem.

17 Cum de captiuis cõmutandis Romam missus esset.) Noue dixit: Missus est de hac re, pro eo quod erat missus est, ut ageret de captiuis commutandis.

18 Sed cum de his, in quibus non preclare agitur, sed sunt simulachra uirtutis.) Conijcio sic legendum: Sed his quibuscum præclare agitur, si insunt, simulachra uirtutis.

19 Vt enim ab illa discedatur infinitate.) Infinitas pro immensitas, uox est non admodum frequens.

20 Interius etiam est.) Pro coniunctius, siue magis affine.

21 Post Consobrinorum, Sobrinorumq;.) Videtur appellare Patrueles consobrinos, Sobrinos, duarum sororum filios.

22 Sed omnes omnium charitates.) Rarum est charitates numero multitudinis.

23 Quo est detestabilior istorum immanitas.) Pro eoq; est detestabilior.

24 Principes sint patria & parentes.) Principes dixit primi loci, quemadmodum & principem uitæ diem dicimus.

Quocirca

25 Quocirca nemo.) Quocirca pro quamobrem, siue idcirco: Id annotaui, quod multi utent hoc uerbi, ceu parum Latinum. Vtitur hac uoce & inferius aliquanto.

26 In hac elatione & magnitudine animi.) Elatio dixit etiam in bonam partem.

27 Existuntq; in Republica.) Existunt, pro oriuntur iam & antè dixit.

28 Largitores & factiosi.) Vt largitio in malum sonat, ita largitor, hoc sanè loco: Et tamen largitor inusitata uox est.

29 Quod maxime natura sequitur.) Sequi dicitur, qui expetit: assequi, qui obtinet.

30 Qui errore imperitæ multitudinis pendet.) Pendet hinc, & pendet ex hac re Horatius dixit: De te pendentis etiã si nonnulli Codices habent de errore.

31 Hic in magnis uiris non est habendus.) Pro in numero magnorũ, Græco more, ne quis hoc reprehendat alibi lectum.

32 Non est autem consentaneum.) Pro eo quod est, non est probabile: Siue pugnat, neq; cohæret, &c.

33 Parum enim sunt foris arma.) Parum dixit pro non satis sunt, siue non sufficiunt. In nonnullis, pro parum scriptum erat parua. Vide num recte legatur, parui.

34 Et hæreditas huius gloriæ.) Hæreditas hominis dicitur qui succedit, & rei dicitur hæreditas, in

cuius poss-

huius possessionem succedit. Vt hæreditas regni Dei.

35 Hæc sunt opera magni animi.) Quod Græci ἔργα hic uertit opera. Nos frequentius dicimus facta quã opera.

36 Periculosa & callida consilia.) Vt & Græci, facinus audax δεξμὸν ἔργον uocant.

37 Nunquam omnino periculi fugã committendũ.) Committere pro facere, sed in malam partem.

38 In discrimen uocantur.) Qui ueniunt in periculum.

39 De gloriã uocantur in discrimen, qui gloriæ causa periclitantur, quod ut noue dictum annotare uisum est.

40 Vnum ut utilitatem.) Ep Græco more dixit, ne q; tamen non Latine, quanquã usitatius est, alterum & alterum.

41 Honorumq; contentio.) Noue dixit, contentionem honorum, contentionem susceptam honorũ gratia. Nam honores uocat Magistratus.

42 Similiter eos facere.) Noue similiter aduerbio subdidit, ut si Nautæ inter se certarent, perinde atque usitatius est.

43 Ad uoluntatem nostram fluentibus.) πεόντωμ: Et hoc á Græcis sumpsit. Sumpta Methaphora ab æstu maris aut fluminis uentisq;. In nonnullis reperi scriptum ad uoluptatem. Sed mendose, ni fallor, etiã Græci dicunt πρὸς ἡδονήμ.

Nec

44 Nec adulari nos sinamus.) Videtur passiue dixisse adulari pro adulatione deliniri.

45 Cum antegressa est honestas.) Id est, cum præcesserit. Noue dixit Cicero, quod fortasse Græcus diceret προήκεται seu προηγεῖται.

46 Etiam uitiosis quid conueniat.) Vitiosos dicit improbos. Secus quã mancipium, equum aut domum uitiosum dicimus: Ne hoc quidem admodum frequens.

47 Aiax quo animo traditur.) Hanc sermonis formam satis annotauit Valla.

48 Quatenus sermo delectationem habeat.) Quatenus pro in quantum, & quemadmodum.

49 In domum multiplicatam.) Multiplicatam dixit pro auctam: Nam proximarũ ædium solum fuit, ædibus adiunxerat Scaurus.

50 Et ut in cæteris est habenda ratio, non sua solũ, sed aliorum.) Opinor pro sua, legendum sui. Et ratio reciproci pronominis seruabitur, si subaudias habenda homini.

51 Aliter domus ampla dedecori domino sæpe fit.) Planè aliter usurpauit pro alioqui.

52 Ne extra modum prodeat.) Id est, ne modum excedas.

53 Inhumanus uideatur ĩscitia temporis.) Frequentius inscitia dicitur eius, qui insciens est. Hic noue ad rem refertur, pro ignoratione.

Animaduer-

54 Animaduersores uitiorum.) Qui obseruant uitia. Noue dixit.

55 Cũ omnis honestas manet à partibus quatuor.) Manet dixit, pro proficiscatur, pro quo Hora. dixit, defluat: Multaq; merces, unde potest tibi defluat æquo Ab Ioue.

56 Consociatio hominum.) Pro coniunctione.

MARCI TVLLII CICERONIS OFFICIORVM LIBER SECVNDVS.

ARGVMENTVM PER DESIderium Erasmum Roterodamum.

¶ Superiore Libro duas propositæ initio diuisionis partes absoluit, quid honestum, quid contrà, et in honestis utrum honestius, in hoc de alteris duabus promittit, quid utile, quid inutile, tum inter utilia utrũ utilius, aut quid utilissimum. Deinde inconstantiæ reprehensionem deprecatur, quod à ciuili uita, quam sæpe prætulerit, nunc ad ocium studiorum se conuertit, tum cur ad Philosophiam potius quàm aliud studiorum genus. Postremo cur Academicus de Officijs præcipiat, rationem reddit.

1.  VFM ADMODVM Officia ducerentur ab
2. honestate, Marce fili, atque ab omni genere vir
tutis satis explicatum arbitror Libro superiore.
Sequitur vt hæc officiorum genera persequar, quæ pertinent ad vitæ
3. cultum, & ad earum rerum, quibꝰ vtuntur homines facultatem, ad opes, ad copias. In quo
Propositio argumenti totius huiꝰ Libri. tum queri dixi, quid vtile, quid inutile: tum ex
vtilibus, quid vtilius, aut quid maxime vtile.
De quibus dicere aggrediar, si pauca prius de
4. instituto, ac de iudicio meo dixero. Quanquã
Bene nomen qđ erat apud Politicos uiros inuidiosum, nã res ipsa bono uiro nõ potest non ꝓbari. Cæsaris tyrannidẽ notat. enim Libri nostri complures non modo ad legendi, sed etiam ad scribendi studium excitauerint, tamen interdum vereor, ne quibusdã bonis viris Philosophiæ nomen sit inuisum, mirentũrque in ea tantum me operæ & temporis ponere. Ego autem quamdiu Respublica per eos gerebatur, quibus seipsa commiserat omnes meas curas, cogitationesq; in eam conferebam. Cũ autem dominatu vnius omnia tenerentur, neque esset viquam consilio, aut autoritati locus, socios denique tuendæ Reipublicæ summos viros amisissem, nec me angoribus dedi, quibus essem confectus, nisi

his

his restitissem, nec rursum indignis homine do- 5
cto voluptatibus. Atque vtinam Respublica *Socios, Ca-*
stetisset, quo cœperat statu, nec in homines nõ *tonem, Mi-*
tam cõmutandarum rerum, quã euertenda- *lonem.*
rum cupidos incidisset. Primum enim vt stan-
te Respublica facere solebam⁹, in agendo pl⁹ *In agendo*
quàm in scribendo operæ poneremus. Dein- *id est, in di-*
de ipsis scriptis non ea quæ nunc, sed actiones *cendo.*
nostras mandaremus, vt sæpe fecimus. Cum
autem Respublica (in qua omnis mea cura, co- 6.
gitatio, opera poni solebat) nulla esset omni- *Forẽses in*
no, illæ scilicet literæ conticuerunt, Forenses *iudicijs, se-*
& senatoriæ. Nihil autem agere cum animus *natoriæ in*
non posset, in his studijs ab initio versatus æta- *consultati-*
tis, existimaui honestissime molestias deponi *onibus.*
posse si me ad Philosophiam retulissem. Cui 7.
cum multum adolescens discendi causa tem- *Succisiuæ*
poris tribuissem, posteaquam honoribus inser- *operæ stu-*
uire cœpi, mèque totum Reipublicæ tradidi, *dijs datæ.*
tantum erat Philosophiæ loci, quantũ super- 8
fuerat amicorum, & Reipublicæ temporis. *Ethymolo-*
Id autẽ omne consumebatur in legendo, scri- *gia philo-*
bendi ocium non erat. Maximis igitur in ma- *sophtæ.*
lis hoc tamen boni assecuti videmur, vt ea lite- *Laus philo-*
ris mandaremus, quæ nec satis erant nota no- *sophiæ. De-*
stris, & erant cognitione dignissima. Quid est *finitio Phi-*
enim per deos optabilius sapientia? Quid prę- *losophiæ.*

stantius? Quid homini melius? Quid homi-
ne dignius? Hanc qui expetunt igitur Philo-
sophi nominãtur, nec quicquam aliud est Phi
losophia (si interpretari velis) quàm studium
sapientiæ. Sapientia autem est (vt à veteribus
Philosophis definitum est) rerum diuinarum
& humanarũ, causarumq; quibus hæ res con
tinentur, scientia. Cui? studium qui vituperat,
haud sanè intelligo, quidnam sit quod laudã-
dum putet. Nam siue oblectatio quæritur ani
mi, requiesq; curarum, quæ conferri cum eorũ
studijs potest, qui semper aliquid acquirunt,
quod spectet, & valeat ad bene beateq; viuen
dum, siue ratio constantiæ, virtutisq; ducitur,
aut hæc ars est, aut nulla omnino per quã eas
assequamur. Nullam vero dicere maximarũ
rerum artem esse, cum minimarum sine arte
nulla sit, hominum est parum considerate lo-
quentium, atq; in maximis rebus errantium.
Si autem est aliqua disciplina virtutis, vbi ea
quæretur, cum ab hoc discendi genere discesseris? Sed hæc cum ad Philosophiam cohor-
tamur accuratius solent disputari, quod alio
quodam libro fecimus. Hoc autem tempore
tantũ nobis declarandum fuit, cur orbati Rei-
publicæ muneribus, ad hoc nos studium po-
tissimum contulissemus. Occurritur nobis, &
quidem

Duobus nominibus philosophiam cõmendat, primũ quòd uitã tranquillam, tucundãq; reddit deinde quòd hanc unam nobis tota in uita cõstamus. Argumentũ à mãiore sumptum. In Hortensio quòd desideratur neq; solus. Occurritur aut ĩ congressu, aut resistitur, & repugnatur,

quidem à doctis & eruditis, quærentibus satis-
ne constanter facere videamur, qui cum perci-
pi nihil posse dicamus, tamen & aliis de reb⁹
disserere soleamus, & hoc ipso tempore præ-
cepta officij persequamur. Quibus velim sa-
tis cognita esset nostra sententia. Non enim
sum⁹ hi, quorum vagetur animus errore nec
habeat vnquam quid sequatur. Quæ enim
ista esset mens (vel quæ vita potius) non solũ
disputandi, sed etiam viuendi ratione subla-
ta? Nos autem vt cæteri, qui alia certa, alia in
certa esse dicunt, sic ab his dissentientes: alia
probabilia, contrà, alia improbabilia esse dici
m⁹ Quid est ergo quod me impediat, ea, quæ
mihi probabilia videantur sequi? Quæ cõtrà,
improbare. Atq; affirmãdi arrogantiam vitan-
tem, fugere temeritatem, quæ à sapientia dis-
sidet plurimum. Contrà autem omnia dispu-
tantur à nostris, quod hoc ipsum probabile e-
lucere non possit, nisi ex vtraq; parte causarũ
esse facta contentio: Sed hæc explanata sunt
in Academicis nostris, satis, vt arbitror, diligẽ
ter, Tibi autem mi Cicero, quanquam in anti
quissima, nobilissimãque Philosophia, Cra-
tippo autore versaris, his simillimo, qui ista
præclara pepererunt, tamen hæc nostra finiti-
ma vestris ignota esse volui. Sed iam ad insti-
tuta pergamus.

nã id quo
significat
occurro.
Quoniam
Academi-
cum more
multis lo-
cis pbauit.
12 Id
quod erat
Pyrrhonio
rũ omni de
re ambigẽ
tiũ. 12
Correctio:
Scimus ni-
hil opina-
mur quã
ueri simili
ma. Effi-
cax refutã
di genꝰ, cũ
13. argumẽ
tum ueluti
telũ in ad-
uersariũ re
torquetur
nõ erat ti-
bi disser-

13 Quem-

dum, quoniã negas quicquam pcipi, imò ob istuc ipsum omni de re disserendũ ut ꝑbabile certe eluceat. Finitima q̃ antè ab illis nõ multũ dissidentia dixit.

* Quemadmodum Officia.) Ελεγχος: Argumentum Libri.

In quo tum quæri.) Præfatio.

Si pauca prius.) Cur Philosophetur, & exponit occasionem quæ ad philosophandum detulit.

Quid enim per Deos.) Exposita occasione subijcit laudes Philosophiæ. Est enim Philosophia cum naturæ peruestigatione, tum ciuile de moribus iudicium, & disciplina quædam qua ad humanitatem, seu ad ciuiles mores animi adsuefiunt.

Occurritur autem nobis.) Occupatio cur tradat certa præcepta, cum tamen Academicus haberi uelit, qui nulla de re pronunciant. Est autem hæc longa disputatio, quam in his scholijs explicare non possumus. Duæ fuerunt Sectæ, quæ non solebant pronunciare: Pyrrhonij & Academici. Pyrrhonij dicebant omnia iuxta incerta esse nec esse magis probabile, oriri solem, quàm non oriri, cum illucessit. Proinde hi prorsus explosi sunt. At Academici reliquerunt tamen discrimen hoc, ut quædam dicerent similiora ueri, quanquam suspenderent iudicium. Vide Gellium Libro XI. capite. V. Et Cicero in Academicis quæstionibus ubi ait: Non sum sapiens, & meas cogitationes sic dirigo, non ad illam paruulam κυνοσούραν, qua fidunt duce nocturna Phœnices in alto, ut ait Aratus, eoq; directius gubernant, quòd eam tenent. Quæ cursu interiore breui conuertitur orbe. Sed ad

Helicen

Helicen & clarissimos Septentriones, id est, rationes has, latiore specie, non ad tenue elimatas.

¶ *Vtilitatem non eam hic accipi, quam uulgus pecuniario lucro metitur, & commoditate undecunque parta, sed eam quæ cum honesto sit coniuncta, & ad uitæ societatem pertineat.*

QVinque igitur rationibus propositis officij persequendi, quarum duæ ad decꝰ, honestatemque pertinent, duæ ad cõmoda vitæ, copias, opes, facultates, quinta ad eligendi iudicium, si quando ea, quæ supra dixi, pugnare inter se viderentur, honestatis pars perfecta est, quam quidem tibi cupio esse notissimam. Hoc autem de quo nunc agimus, idipsum est, quod vtile appellatur. In quo lapsa consuetudo deflexit de via, sensimq; eô deducta est, vt honestatem ab vtilitate secernens, cõstitueret esse honestum aliquod, quod vtile non esset; & vtile, quod non honestum; qua nulla pernicies maior hominum vitæ potuit afferri. Summa quidem autoritate philosophi seuere, sane, atque honeste hæc tria genera confusa, cogitatione distinguunt. Quicquid enim iustum sit, id vtile etiam esse censent. * Itêmque quod honestum sit, id esse iustum. Ex quo efficitur vt quicquid honestũ sit, idem sit vtile. Quod qui parum perspiciũt,

Confusa, id est, iseparabilia re, cogitatiõe, id est, ratione distinguũt.

* *Alias idem.*

hi sæpe versutos homines & callidos, admirãtes, eorũ malitiam sapientiam iudicant. Quorum error eripiendus est, omnisq́ opinio ad eam speciem traducenda, vt honestis consilijs iustisq́ factis, non fraude & malitia se intelligant, ea quæ velint consequi posse.

* *Quinque autem rationes.) Propositio operis, seu distributio.*

Quæ quaque ex re commoda aut incommoda capiantur, quæ Græci Euchrestemata, & Dyschrestemata nominant. Colligitq́; quicquid est ferẽ in uita cõmodi aut incommodi, id homini ab homine nasci.

Animata
Inanimata
Rationabilia.
Bruta.

QVæ ergo ad viram hominum tuendam pertinent, partim sunt inanima vt aurum. argentum, vt ea quæ gignuntur ê terra, & alia eiusdem generis: partim animata, quæ habent suos impetus, & rerum appetitus. Eorum autem alia rationis expertia sunt, alia ratione vtentia. Expertes rationis sunt equi, Boues & reliquæ pecudes, apes quarum opere efficitur aliquid ad hominum vsum atq́ vitam. Ratione autem vtentium, duo genera ponuntur, vnum Deorum, alterũ hominũ. Deos placatos pietas efficiet, & sanctitas. Proxime autem, & secundum deos, homines hominibus maxime vtiles esse possũt.

Dij semp bñfici pijs.
Hoi ab homine plurimũ uel cõ-

Earumq́

Earumq; item rerum, quæ noceant, & obsint, modi uel i-
eadem diuisio est. Sed quia Deos nocere non commodi.
putant, his exceptis, homines hominibus plu- Artes ad
rimum obesse arbitrantur. Ea enim ipsa quæ usum uitæ
inanima dicimus, pleraq; sunt hominũ ope- excogita.
ris effecta, quæ nec haberemus, nisi manus, & Quæ uero
ars accessissent, nec his sine hominum admi- quisq; in ui
nistratione uteremur. Neq; enim valetudinis ta inuene-
curatio, neq; nauigatio, neque Agricultura, rit, refert.
neq; frugum fructuumq; reliquorum percep- Plinius li. 7
tio & conseruatio, sine opera hominum, ulla cap. 56.
esse potuisset. Iam vero & earum rerum, qui- uero nexu
bus abundaremus exportatio, & earum qui- in oratione.
bus egeremus inuectio, certe nulla esset, nisi Cõmunica
his muneribus homines fungerentur. Eadem tio mercii.
q; ratione, nec lapides exciderentur ẽ terra ad
usum nostrum necessarij, nec ferrum, aurum,
æs, argentum effoderentur penitus abdita, si-
ne hominũ labore & manu. Tecta uero, qui-
bus & frigorum uis pelleretur, & calorum mo
lestiæ sedarentur, unde aut initio generi huma
no dari potuissent, aut postea subueniri, si aut Fontes ca-
ui tempestatis, aut terræmotu, aut vetustate nalibus du
cecidissent, nisi communis vita ab hominibus cti. Riuis
harum rerum auxilia petere didicisset? Adde deriuata
ductus aquarum, deriuationes fluminũ, agro- flumina-
rum irrigationes, moles oppositas fluctibus, Portus fa-

I 5 portus ctitij.

portus manu factos, quæ vnde sine hominum opere habere possemus? Ex quibus omnibus multisq; aliis perspicuum est, qui fructꝰ, quæq; vtilitates ex rebus his, quæ inanimæ sunt percipiantur, eas nos nullo modo sine hominũ manu, atq; opera capere potuisse. Qui denique ex bestijs fructus, aut quæ cõmoditas, nisi homines adiuuarent, percipi posset? Nã & qui principes inueniendi fuerunt, quem exꝰ quaq; belua vsum habere possemꝰ, homines certê fuerunt. Nec hoc tempore sine hominũ opera aut pascere equos, aut domare, aut tuerí, aut tempestiuos fructus ex his capere possemus. Ab eisdemq; & ea quæ nocent interficiuntur, & quæ vsui possunt esse capiuntur. Quid enumerem artiũ multitudinem, sine quiꝰ vita hominis omnino nulla esse potuisset? Quid enim ęgris subueniret? Quæ esset oblectatio valentium? Qui victus, aut cultus, nisi tam multæ nobis artes ministrarent? Quibus rebus exculta hominum vita tantum distat à victu, & cultu bestiarum. Vrbes vero sine hominum cœtu nõ potuissent, nec ædificari, nec frequentari. Ex quo leges, moresq; cõstituti, tum iuris æqua descriptio, certaq; viuendi disciplina, per quas bene beateq; viuitur. Quas res & mansuetudo animorũ consecuta, & verecundia

E mutis q̃ cõmoditates. 16.
Pastoria.
Venatio.
Medicina.
Politica.

recundia est effectumq; est, vt esset vita munitior, atque vt dando, & accipiendo, permutandisq; facultatibus, & commodis nulla re egeremus. Longiores hoc loco sumus, quàm necesse est. Quis enim est, cui non perspicua sint illa, quæ pluribus verbis à Panætio cõmemorantur? Neminẽ neque ducem belli, nec principem domi magnas res, & salutares sine hominum studijs gerere potuisse. Cõmemoratur ab eo Themistocles, Pericles, Cyrus, Agesilaus, Alexander, quos negat sine adiumentis hominum tantas res efficere potuisse. Vtitur in re non dubia testibus non necessarijs. Atque vt magnas vtilitates adipiscimur conspiratione hominũ, atque consensu, sic nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur. Est Dicæarchi liber de interitu hominum, Peripatetici magni, & copiosi: qui collectis cæteris causis eluuionis, pestilentiæ, vastitatis beluarum, etiam repentinæ multitudinis, quarum impetu docet quædam genera hominum esse consumpta, deinde comparat quanto plures deleti sunt homines hominum impetu, id est, bellis, aut seditionibus, quàm omni reliqua calamitate. Cum igitur hic locus nihil habeat dubitationis, quin homines plurimum hominibus & prosint, & obsint:

Themistocles, Pericles Duces Atheniensium. Cyrus Persarũ tyrãnus. Agesilaus Lacedæmoniorũ dux. 17 Alexan 18 der Macedonũ Rex. Fatales casus. Eluuiones ab immundantibus aqs. Pestilẽtiæ á cœlo corrupto. Vastitates á fuga incolarũ. Impetus serpentiũ Lo

custarũ Cuniculorum Plurima ꝑnicies ab hoĩe. 19. Mir9 ordo primum ut qd optimũ uideamus, alterum ne cupiditatib9 ab eo auocemur, tertium ut cõmunitatẽ æquabiliter agamus. 20. Vertitur [illegible]nẽs ꝑuersatur. Pathe, 21. tũ morbos, tũ ꝑturbationes tum affectiões, nõnulli pas

sint: primum & hoc statuo esse virtutis, conciliare sibi animos hominum, & ad vsus suos adiungere. Itaq; quæ in rebus inanimis, quæq; in vsu & tractatione beluarum fiunt vtiliter ad hominũ vitam, artibus ea tribuuntur operosis, hominum autem studia, ad amplificationem nostrarum rerum prompta, & parata virorum præstantium sapientia, & virtute excitantur. Etenim virtus omnis in tribus rebus ferè vertitur, quarum vna est in perspiciendo quid in quaq; re verum syncerumq; sit, quid consentaneum cuiq;, quid cõsequens, ex quo quæq; gignantur, quæ cuiusq; rei sit causa. Alterũ cohibere motus animi turbatos, quos Græci πάθη nominant, appetitionêsque, quas illi ὁρμὰς, obedientes efficere rationi. Tertiũ his, quibus cum congregamur, vti moderate & scienter, quorum studijs ea quæ natura desiderat expleta, cumulatàque habem9: Per eos deniq; si quid importetur nobis incommodi propulsemus, vlciscamurq; eos, qui nocere nobis conati sunt, tantaq; pœna afficiamus, quã tam æquitas, humanitasq; patitur. Quibus autem rationib9 hanc facultatem assequi possimus, vt hominũ studia complectamur, eaq; teneamus, dicemus: Neq; ita multo post, sed pauca antè dicenda sunt. Magnam vim esse

in fortu-

in fortuna in vtranq; partem, vel secundas ad res, vel aduersas, quis ignorat? Nam & cum prospero flatu eius vtimur, ad optatos exitus peruehimur: & cum reflauit affligimur. Hæc igitur ipsa fortuna cæteros casus rariores habet. Primum ab inanimis procellas, tempestates, naufragia, ruinas incendia. Deinde à bestijs, ictus, morsus, impetus. Hæc igitur (vt dixi) rariora. At vero interitus exercituum, vt proxime trium, sæpe multorum clades imperatorum, vt nuper summi ac singularis viri. Inuidiæ præterea multitudinis, atq; ob eas, bene meritorum sæpe ciuium expulsiones, calamitates fugæ. Rursumq; secundæ res, honores, imperia, victoriæ, quanquã fortuita sunt, tamen sine hominum operib9 & studijs neutram in partem effici possunt. Hoc igitur cognito, dicendum est quonam modo hominũ studia ad vtilitates nostras allicere atque excitare possimus. Quæ si longior fuerit oratio, cũ magnitudine vtilitatis comparetur, ita fortassis etiam breuior videbitur.

siones uerterunt. Incommoda à casu. Reflauit id est, aduersa flauit. Triũphus Pompeij in Thessalia, Petrei in Hispania, Filiorũ Põpei. Expulsus Camillus. Phocion dãnat9. Cessit inuidiæ Scipio Cõparetur id est, compensetur.

* *Quæ ergo ad uitam.) Quia hoc Libro de utilitate præcipitur, ideo res quæ sunt usui ad uitam, primũ diuiduntur.*

Sed quia deos nocere.) Homo homini Deus. Item Homo homini Lupus.

Tecta

Tecta uero quibus.) Congeries artium.

Cum igitur hic locus.) Vtilitates ex honestate nascitur. Nam homines ut prosint honestate adiunguntur & inuitantur.

Magnam uim esse in.) Casu sæpe res omnes aut prodesse aut lædere.

At uero interitus.) Et quanquam de casibus præcipi certi nihil possit, tamen monet ut quisq; fortunã suam adhibeat in consilium, cum de uita deliberat.

¶ *Quibus rebus commoueantur homines, ut quempiam Magistratu dignum putent, eiq; parere uelint.*

Primũ honores homini ab homine deferuntur.

QVæcunq; igitur homines homini tribuunt ad eum augendum atq; honestandum, aut beneuolentiæ gratia faciunt, cum aliqua de causa quempiam diligũt: aut honoris, si cuius virtutem suscipiunt, & si quem dignum fortuna quàm amplissima putant: aut cui fidem habent, & bene de reb⁹ suis cõsulere arbitrantur, aut cuius opes metuunt, aut contrà à quibus aliquid expectant, vt cum Reges popularesque homines largitiones aliquas proponũt, aut postremo precio aut mercede ducuntur. Quæ sordidissima quidem est ratio & inquinatissima, & his, qui ea tenẽtur, & illis, qui ad eam confugere conantur. Male enim se res habet, cum quod virtute effici debet, id tentatur pecunia. Sed quoniam non-

Conducta suffragia. Mercenarius honos

nunquam

nunquam hoc subsidium necessariũ est, quem admodum sit vtendum eo, dicemus, si prius his de rebus, quæ virtuti propiores sunt dixerimus; Atque etiam subijciunt se homines imperio alterius & potestati pluribus de causis. Ducuntur enim beneuolentia, aut beneficiorum magnitudine, aut dignitatis præstantia, aut spe sibi id vtile futurum, aut metu, ne viparêre cogantur, aut spe largitionis, promissionisq; capti, aut postremo, vt sæpe in nostra Republica videmus, mercede conducti.

* *Quæcunque igitur homines.*) *Cur homines hominibus inseruiant.*

Vt cum Reges.) *In imperijs quo modo homines adiungendi.*

Ducuntur enim beneuolentia.) *Primum beneuolentia emerendum esse amorem.*

¶ *Vtilissimum ijs, qui cum imperio sunt, ab omnibus amari, metui tum turpe, tum minime tutum.*

RErum autem omnium nec aptius est quisquã ad opes tuendas ac tenendas q̃ diligi, nec alieniũs quã timeri. Præclare Ennius: Quem metuunt oderunt: quem quisq; odit, perijsse expetit. Multorum autem odijs nullas opes posse obsistere (si antea fuit ignotum) nuper est cognitum. Nec vero huius

Cæsar tyrannizans oppressus.

tyranni

tyranni solum, quem armis oppressa pertulit ciuitas interitus declarat, quantum odium hominum valet ad pestem, sed reliquorum similes exitus tyrannorũ, quorum haud ferè quisquã interitum similem effugit, Malus enim est custos diuturnitatis metus, contraq; benevolentia fidelis est vel ad perpetuitatem. Sed his, qui vi oppressos imperio coêrcent, sit sane adhibenda sæuitia, vt Heris in famulos, si aliter teneri non possunt. Qui vero in libera ciuitate ita se instruunt, vt metuantur, his nihil potest esse dementius. Quàmuis enim demersæ sint Leges alicuius opibus, quamuis tremefacta libertas, emergunt tamen hæc aliquando aut iudicijs tacitis, aut occultis de honore suffragijs. Acriores autem morsus sunt intermissæ libertatis, quàm retentæ. Quod igitur latissime patet, neque ad incolumitatem solum, sed etiam ad opes & potentiam valet plurimum, id amplectamur, vt metus absit. charitas retineatur. Ita facillime quæ volemꝰ & prouatis in rebus & in Republica consequemur. Et enim qui se metui volent, à quibus metuuntur, eosdem metuant ipsi necesse est. Quid enim censemus superiorem illum Dionysium quo cruciatu timoris angi solitum? Qui Culltros metuens tonsorios, cãdenti carbone fibi adure-

Sententia.

Metu coercẽri seruile

Dionysius Syracusarũ tyrannꝰ

bi adurebat capillum? Quid Alexandrum Phæreum, quo animo vixisse arbitramur? Qui (vt scriptum legimus) cum vxorem Theben admodum diligeret, tamen ad eam ex epulis in cubiculum veniens Barbarum, & eũ quidem, vt scriptum est, compunctum notis Threcijs districto gladio iubebat antesire. Præmittebatque de stipatoribus suis, qui perscrutarentur arculas muliebres, & ne quod in vestimentis occultaretur telum, exquirerent. O miserum qui fideliorem, & barbarum, & * stigmaticum putaret, quàm coniugem. Nec eum fefellit opinio. Ab ea est enim ipse propter pellicatus suspitionem interfectus. Nec vero vlla vis imperij tanta est, quæ premente metu posit esse diuturna. Testis est Phalaris, cuius est præter cæteros nobilitata crudelitas q non ex insidijs interijt, vt is, quem modo dixi, Alexander: non à paucis, vt hic noster, sed in quem vniuersa Agrigentinorum multitudo impetum fecit. Quid Macedones? Nônne Demetrium reliquerunt, vniuersiq; se ad Pijrrhũ contulerunt? Quid Lacedæmonios inuste imperantes? Nônne repente omnes ferè socij deseruerunt, spectatoresq; se ocioso prębuerunt Leuctricæ calamitatis? Externa libentius in tali re quã domestica recordor. Verunta

Alexander Phæreus.
Thraces barbari apud quos frons 25. stigmatibꝰ cõpuncta nobilitatis erat insigne: apud alios serui fugacis, inde dictũ. * Aliàs stigmatiã. Nobilitata adeo, ut etiã in p uerbiũ abiit erit Phalarismus & Phalaridis imperium. Defectio Macedonũ à Demetrio Rege

superbo ad Pyrrhũ humanũ. Lacedæmões ob sæpbiã à socijs deserti contra Thebanos pugnaturi. Pop. Rom. imperium charitate auctũ, seuitia amissũ. Syllæ uictoris crudelitas in Marianos Desitũ est, ꝑ desijt, eleganter ut cœptũ est quitũ est.

26. Cæsar Sylla crudelior. Massi-

men quamdiu imperium populi Romani beneficijs, tenebatur, non iniurijs, bella aut pro socijs, aut de imperio gerebantur, exitus erant bellorum aut mites, aut necessarij. Regum, populorum, nationum, portus erat & refugium senatus. Nostri autem Magistratus Imperatoresq; ex vna hac re maximam laudem capere studebant, si prouincias, si socios æquitate, & fide defendissent. Itaque illud patrocinium orbis terræ verius, quàm imperiũ poterat nominari. Sensim hanc consuetudinem & disciplinam iam antea minuebam⁹, post vero Syllæ victoriam, penitus amisimus. Desitum est enim videri quicquam in socios iniquum, cũ extitisset etiam in ciues tanta crudelitas. Ergo in illo secuta est honestam causam non honesta victoria. Est enim ausus dicere hasta posita, cum bona in foro venderet, & bonorum virorum, & locupletum, & certe ciuium, prædam suam se vendere Secutus est, qui in causa impia, victoria etiam fœdiore, non solum singulorum ciuium bona publicaret, sed vniuersas prouincias, Regionesq; vno calamitatis genere comprehenderet. Itaq; vexatis, & perditis exteris nationibus, ad Exemplum amissi imperij portare in triumpho Massiliam vidimus, & ex ea vrbe triumphari, sine qua

nunquam

nunquam nostri imperatores ex transalpinis bellis, triumpharunt. Multa præterea comme morarem nefaria in socios. si hoc vno quic quam sol vidisset indignius. Iure igitur plecti mur. Nisi enim multorũ impunita scelera tu lissemus, nunquam ad vnum tanta peruenis set licentia, à quo quidẽ rei familiaris ad pau cos, cupiditatum ad multos improbos, venit hæreditas. Nec vero vnquam bellorum ciui lium semen, & causa deerit dum homines per diti hastam illam cruentam, & meminerint, & sperabunt, quam L. Sylla cum vibrasset dicta tore propinquo suo, idem sexto & trigesimo anno pôst, à sceleratiore hasta non recessit. Alter autẽ, qui in illa dictatura scriba fuerat, in hac fuit quæstor vrbanus. Ex quo debet in telligi, talibus præmissis propositis, nunquam defutura bella ciuilia. Itaq; parietes vrbis mo do stant, & manent (isq; ipsi iam extrema sce lera metuentes) rem vero publicã penitus a misimus, atq; in has clades incidimus (rede undum est enim ad propositum) dum metui, quã chari esse, & dilígi maluimus. Quæ si po pulo Romano iniuste imperanti accidere po tuerunt, quid debent putare singuli? Quod cũ perspicuum sit, beneuolentiæ vim esse mag nam, metus imbecillem, sequitur, vt differa mus,

lia. Gallia Narbonen sis urbs 27 Pop. Ro. a mica, cuius imago in triumpho circũlata. Sol iudi set, Prouey bialiter. Hasta Syl læ, & Cæ saris. Cor nelius in priore scri ba tantum in posterio re etiam quæstor. Modo non refertur ad stãt sed ad parietes id est, tan tũ parietes stant, non

etiã imperiũ. Exemplum á maiore.

mus, quibus rebus possumus facillime eam, quam volumus adipisci, cum honore & fide, charitatem. Sed ea nõ pariter omnes egem9. Nam ad cuiusq; vitam institutam accommodandũ est, â multis ne opus sit, an satis, â paucis diligi. Certum igitur hoc sit, idq; quidem & primum, & maxime necessarium, familiaritates habere fidas amantium nos amicorum, & nostra mirantium. Hæc enim est vna res prorsus, vt nõ differat multum inter summos & mediocres viros, eaq; est vtriſ & propemodum comparanda Honore, & gloria, & bene uolentia ciuium fortasse non æque omnes egent. Sed tamen si cui hæc suppetunt, adiuuat aliquantum, tum ad cætera, tum ad amicitias comparandas. Sed de amicitia alio Libro dictum est, qui inscribitur Lælius. Nunc dicam9 de gloria, quãquam ea quoque de re *duo* sunt nostri libri. Sed attingamus, quandoquidem ea in rebus maioribus administrandis adiuuat plurimum.

Lælius Ciceronis de Amicitia. Duo Libri Ciceronis de gloria.

* *Rerum autem omnium.*) Rhetoricus locus. Estq; propositio.

Quem metuunt.) Ratio ex natura adfectuum petita.

Sed his qui ui.) Seneca: Ferrum tuetur principẽ, melius fides.

Quid

Quid enim censemus.) Exemplis probat *obfuisse crudelitatem multis. Suntq; hic aliquot uenustissimæ narrationes.*

Quid Macedones?) Vide Plutarchum.

Quam P. Sylla.) Hic *P. Sylla est, pro quo extat Ciceronis oratio, & cuius in Cæsaris bello ciuili mentio fit. Scriba Cornelius fuit, cuius fit mentio in Lepidi oratione, quæ extat inter Sallustianas.*

Nam ad cuiusq; uitam.) φιλος. *Amicitia est opus & priuatis hominibus & tenentibus Respublicas.*

¶ *Tribus maxime rebus adduci multitudinem, ut honore dignum aliquem ducat, beneuolentia, fide & admiratione.*

SVmma igitur, & perfecta gloria constat ex tribus his: Si diligit multitudo, si fidem habet, si cũ admiratione quadam honore nos dignos putet. Hæc autem (sicut est simpliciter breuiterq; dicendum) quibus rebus parantur à singulis, eisdem ferè à multitudine. Sed est alius quoque quidam aditus ad multitudinem, vt in vniuersorum animos tanquam influere possimus.

* *Summa igitur.*) *Popularem fauorem quæ res emeretur. Estq; illo opus his, qui Respublicas tenent.*

Hæc autem sunt quæ emerentur, Beneuolentia, instantia ac prudentiæ fama, admiratio insigniur virtutũ atq; hæc ordine explicat.

¶ *Quæ res homini multitudinis beneuolentiam concilient.*

Liberalitas optima conciliatrix amorũ 28

AC primum de illis tribus, quæ antè dixi, beneuolentiæ præcepta videamus, quæ quidem capitur beneficijs maxime. Secundo autem loco benefica voluntate beneuolentia mouetur, etiam si fortè res non suppetit. Vehementer autem amor multitudinis commouetur ipsa fama & opinione liberalitatis, beneficentiæ, iustitiæ, fidei omniũq; earum virtutum quæ pertinent ad mansuetudinem morum, ac facilitatem. Etenim illud ipsum quod decorum, honestumq; diximus, quia per se nobis placet, animosq; omniũ natura, & specie sua commouet, maximeq; quasi perlucet ex his, quas commemorauí virtutibus, idcirco illos, in quibus eas virtutes esse remur, à natura ipsa diligere cogimur. Atque hæ quidem causæ diligendi grauissimæ, possunt enim præterea nonnullæ esse leuiores.

29 *Hũanitas & benignitas grata populo.*

* *De beneuolentia.*) *Amor amore emitur.*

¶ *Quibus rebus efficiatur, ut nobis habeatur fides.*

FIdes autem vt habeatur duabus rebus effici potest: Si existimabimur adepti cõiunctam cum iustitia prudentiam. Nam & his fidem habebimus, quos plus intelligere quàm

quàm nos arbitramur, quoſq; & futura proſpicere credimus, & cum res agatur, in diſcrimenq; ventum ſit expedire rem, & conſilium ex tempore capere poſſe. Hanc enim omnes exiſtimant vtilem, veramq; prudentiam. Iuſtis autem, & fidis hominibus, id eſt, bonis ita fides habetur, vt nulla ſit in his fraudis, iniuriæq; ſuſpicio. Itaq; his ſalutem noſtram, his fortunas, his liberos rectiſſime committi arbitramur. Harum igitur duarum ad fidem faciendam iuſtitia plus pollet, quippe cum ea ſine prudentia ſatis habeat autoritatis, prudentia ſine iuſtitia nihil valet ad faciendã fidem. Quo enim quis verſutior & callidior eſt, hoc inuiſior, & ſuſpectior detracta opinione probitatis. Quamobrem intelligentiæ iuſtitia coniuncta, quantum volet, habebit ad faciendam fidem virtum. Iuſtitia ſine prudentia multum poterit, ſine iuſtitia nihil valebit prudentia. *Suſpecta ſine iuſtitia prudentia.*

Sed ne quis ſit admiratus, cur, cum inter omnes Philoſophos conſtet, â meq; ipſo ſæpe diſputatum ſit, qui vnam haberet, omnes habere virtutes: Nunc ita ſeiungam, quaſi poſſit quiſquã, qui non idem prudens ſit, iuſtus eſſe. Alia eſt illa, cum veritas ipſa limatur in diſputatione, ſubtilitas, alia cum ad opinionem cõmunem omnis accõmodatur oratio. Quam *Aliter in exactis diſputationibus, aliter*

præcipiendo aut cohortando loquuntur.

obrem vt vulgus, ita nos hoc loco loquimur, vt alios fortes, alios bonos viros, alios prudentes esse dicamus. Popularibus enim verbis est agendum, & vsitatis, cū loquimur de opinione populari Idcǫ eodem modo fecit Panætius, sed ad propositum reuertamur.

* *Fides autem ut.*) *Fama iustitiæ ac prudentiæ.*

Sed ne quis sit.) *Occupatio, cur uirtutes quæ tamen natura uidentur cohærere, diuellat à sese.*

¶ *Quæ res multitudinis admirationem moueat, quæ contrà, contemptum.*

ERat igitur ex tribus, quæ ad gloriam pertinent hoc tertium, vt cum admiratione hominum, honore ab his digni iudicaremur. Admirantur igitur communiter illi quidem omnia quæ magna, & præter opinionem suam animaduerterūt, seperatim autem in singulis, si perspiciunt quædam bona ac opinata Itacǫ eos viros suspiciunt, maximisqǫ efferunt laudibus, in quibus existimant se excellentes quasdam, & singulares virtutes perspicere: Despiciunt autem eos, & contemnūt, in quibus nihil virtutis, nihil animi, nihil neruorum putant. Non enim omnes eos contemnunt, de quibus male existimant. Nam quos improbos, maledicos, fraudulentos putant, & ad faciendam iniuriam instructos, eos haud

contem-

contemnunt quidem, sed de his male existi-
mant. Quamobrem (vt antè dixi) contemnū-
tur hi, qui nec sibi nec alteri prosunt (vt dici-
tur (in quib⁹ nullus labor nulla industria, nul-
la cura est. Admiratiõe autem afficiuntur hi,
qui anteire cæteros virtute putantur, & cũ om
ni carere dedecore, tum vero his vitijs, quibus
alij non facile possunt obsistere. Nam & volu
ptates blãdissimæ dominæ sæpe maiores par
tes animi à virtute detorquent, & dolorum
cum admouentur faces, præter modum ple-
rique exterrentur. Vita, Mors, diuitiæ, pauper
tas, omnes homines vehementissime permo
uent. Quæ qui in vtranque partem excelso a-
nimo magnoq; despiciunt, cumq; aliqua his
ampla & honesta res obiecta est, totosq; ad se
conuertit & rapit, tũ quis non admiretur splen
dorem pulchritudinẽmque virtutis? Ergo &
hæc animi despicientia, admirabilitatem ma-
gnam facit: & maxime iustitia, ex qua vna vir
tute viri boni appellantur, mirifica quædam
res multitudini videtur, nec iniuria. Nemo e-
nim iustus esse potest, qui mortem, qui dolo-
rem, qui exilium, qui ægestatem timet, aut q
ea quæ his sunt contraria æquitati anteponit.
Maximẽque admirantur eum, qui pecunia nõ
mouetur, quod in quo viro perspectũ sit, hunc

Nec sibi nec alijs u-
tiles pro-
uerbio di-
cti.

Admiratio
à cõtinẽtia

Volupta-
tes dominæ

Admiratio
á magnani
mitate.

31.

32

Admiratio
à iustitia.

A pecunia
rũ cõtẽptu

dignum spectatu arbitrantur. Itaq; illa tria, (quæ proposita sunt ad gloriam) omnia iustitia conficit, & beneuolentiam, quôd prodesse vult plurimis, & ob eandem causam fidem, & admirationem quôd eas res spernit & negligit, ad quas plerique inflammati auiditate rapiuntur. Ac (mea quidem sententia) omnis ratio & institutio vitæ, adiumenta hominum desiderat. In primisq; vt habeas, quibus cum possis familiares cõferre sermones, quod est difficile, nisi speciem præ te boni viri feras. Ergo & solitario homini, atq; in agro vitam agenti opinio iustitiæ necessaria est, eoq; etiam magis, qui eam si non habebunt, iniusti habebũtur nullis præsidijs septi, multis afficientur iniurijs. Atque his etiam, qui vendunt, emunt, conducunt, locant, contrahendisq; negocijs implicantur, iustitia ad rem gerendam necessaria est. Cuius tanta vis est, vt ne illi quidem qui maleficio & scelere pascuntur, possint sine vlla particula iustitiæ viuere. Nam qui eorum cuipiam qui vnâ latrocinantur, furatur aliqd, aut eripit, is ne sibi in latrocinio quidem relinquit locum. Ille autem, qui archipirata dicitur, nisi æquabiliter prædam dispartiat, aut occidetur à socijs, aut relinquetur. Quinetiam Leges latronum esse dicuntur, quibus pareant, quas obseruent,

Iustitiæ opinio ad oẽs uitæ partes necessaria.

A minore exẽplũ. Leges latronũ iter ipsos. Bargulet Viria latrones ob ætatis opinionem potentes.

34

obseruent. Itaq; propter æquabilem prædæ partitionem, & Bargulus Illyricus latro (de q̃ est apud Theopompum) magnas opes habuit, & multo maiores Viriatus Lusitanus, cui quidem exercitus nostri imperatoresq; cesserunt. Quem C Lælius, is qui sapiens vlurpatur prætor fregit, & comminuit, ferocitatemq; eius ita repressit, vt facile bellũ reliquis traderet. Cum igitur tanta vis iustitiæ sit, vt ea etiam latronum opes firmet atq; augeat, quantam eius vim inter leges & iudicia & instituta Republica fore putamus? Mihi quidem non apud Medos solum (vt ait Herodotus) sed etiam apud maiores nostros, seruandæ iustitiæ causa videntur olim bene morati reges constituti. Nam cum premeretur initio multitudo ab his, qui maiores opes habebant ad vnum aliquem cõfugiebant virtute præstantem, qui cum prohiberet iniuria tenuiores, æquitate cõstituenda, summos cum infimis pari iure retinebat. Eademq; constituendarum legum fuit causa, quæ regum. Ius enim semper quæsitum est æquabile, neq; enim aliter esset ius. Id si ab vno isto & bono viro consequebantur, eo erãt contenti. Cum id minus contingeret, leges sunt inuentæ, quæ cum omnibus semper vna atq; eadem voce loquerentur. Ergo hoc quidem per-

Cesserunt, uereclãdæ, cum victos significet.

Vsurpatur, id est, uulgo nominatur.

Herodotus in Thalia et Clione.

** Aliàs fruendæ.*

Iustitiæ origo primũ Reges fecit.

dem perſpicuum eſt eos ad imperandum deligi ſolitos, quorum de iuſtitia magna eſſet opinio multitudinis. Adiuncto vero hoc, vt ijdem etiam prudentes haberentur, nihil erat quod homines his autoribus non poſſe conſequi ſe arbitrarentur. Omni igitur ratione colenda & retinenda iuſtitia eſt, tum ipſa propter ſe (nam aliter iuſtitia non eſſet) tum propter amplificationem honoris & gloriæ. Sed vt pecuniæ quærendæ, non ſolum ratio eſt, ſed etiã collocandæ, quæ perpetuos ſumptus ſuppeditet, nec ſolum neceſſarios, ſed etiam liberales: ſic gloria quærenda & collocanda ratione eſt. Quanquam præclare Socrates hanc viam ad gloriam proximam, & quaſi compendiariam dicebat eſſe, ſi quis id ageret, vt qualis haberi vellet, talis eſſet. Quod ſi quis ſimulatione, & inani oſtenſione, ficto nõ *modo* ſermone, ſed etiam vultu, ſtabilem ſe gloriam cõſequi poſſe retur, vehementer errat. Vera gloria radices agit atq; etiam propagatur, ficta omnia celeriter tanq; floſculi decidunt, nec ſimulatum poteſt quicquã eſſe diuturnum. Teſtes ſunt permulti in vtramq; partem, ſed brevitatis cauſa, familia erimus contenti vna Tiberius enim Gracchus, P. filius tam diu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit.

Honoris uel quærendi, uel ferè di modus.

37

Cõpendiariã, id eſt, expeditam et breuem. Nihil fucatum diutur nã. Agere radices, ut agere rias, agere gemmas. Filij Tiberij & C. Gracchi utriq; obſeditionẽ interempti.

nebit. At eius filij nec viui probabantur à bonis, & mortui numerum obtinent iure cæsorum. Qui igitur adipisci veram iustitiæ gloriã volent, iustitiæ fungantur officijs. Et ea quæ essent, dictum est in libro superiore. Sed vt facillime quales simus tales esse videamur, & si in eo ipso vis maxima est vt simus hi, qui haberi velimus, tamen quædam præcepta danda sunt. Nam si quis ab incunte ætate habet causam celebritatis & nominis, aut à patre ac ceptam (quod tibi arbitror mi Cicero contigisse) aut aliquo casu atq; fortuna in hũc oculi omnium coniiciuntur, arq; in eo quid agat, quemadmodũ viuat inquiritur, & tanquã in clarissima luce versetur, ita nullum obscurum potest. nec dictum eius esse, nec factum. Quorum autem prima ætas propter humilitatem, & obscuritatem in hominũ ignoratione versatur, hi simul ac iuuenes esse cœperunt, magna spectare, & ad ea rectis studijs debent contendere. Quod eo firmiore animo faciẽt, quia non modo non inuidetur illi ætati, verum etiam fauetur.

Nobilibus curandũ ne qd maiorũ imaginibus indignũ cõmittant.

Nouis summa probitate opus ut nobilitentur.

* *Erat igitur ex tribus.*) *Admiratio insignis uirtutis, qualis erat admiratio continentiæ Scipionis, cum restituit uirginem optima forma captam sponso, intactam apud Liuium Libro VI. Decadis tertiæ.*

Ac mea

Ac mea quidem.) Epilogus longior, continet autem ἐγκώμιον iustitiæ.

Viriatus Lusitanus.) Vide Flori ἐπιτομήν.

Cum igitur.) Ex minori.

Sed ut pecuniæ.) Antea de paranda existimatione, hic de tuenda præcipit. Conseruabitur autem, si esse uirtute præditi, quàm uideri malumus. Nam simulatio uirtutis non est diuturna. Sunt autem hæc ad uerbum uersa ex Xenophonte.

Vera gloria radices.) Ἐπιφώνημα præclarum.

¶ *Adolescentes, quibus rebus populo primum commendantur.*

PRima igitur est adolescenti cõmendatio ad gloriam, si qua ex bellicis rebus comparari potest in qua multi apud maiores nostros extiterunt, semper enim ferè bella gerebantur. Tua autem ætas incidit in id bellum, cuius altera pars scelerís nimiũ habuit, altera fœlicitatis parum. Quo tamen in bello cũ te Pompeius alæ alteri præfeciſſet, magnã laudem, & à summo viro & ab exercitu conſequebàre, equitando, iaculando, omniaq; militari labore tolerando. Atq; ea quidem tua laus pariter cum Republica cecidit. Mihi autem hæc oratio ſuſcepta non de te eſt, ſed de genere toto. Quamobrem ad ea, quæ reſtant pergamus. Vt igitur in reliqui, rebus multo maiora

Cæſariana et Pompeiana.

Ciceronis filius alæ præfectus ſi dijs placet.

maiora sunt opera animi, quàm corporis, si hæ res quas ratione ac ingenio persequimur, gratiores sunt, quàm illæ, quas viribus. Primo igitur cõmendatio proficiscitur à modestia, tũ pietate in parentes, tũ in suos benevolentia. Facillime autem & in optimam partem cognoscuntur adolescentes, qui se claros, & sapientes bene consulentes viros Reipublicæ contulerunt. Quibus cum si frequentes sunt, opinionem afferunt populo, eorum fore se similes, quos sibiipsi delegerunt ad imitandum. P. Rutilij adolescentiam ad opinionem, & innocentiæ, & iuris scientiæ P. Mutij commendauit domus. Nam L. quidem Crassus, cum esset admodũ adolescens, non aliunde mutuatus est, sed sibiipsi peperit maximam laudem ex illa accusatione nobili, & glorioſa. Ex qua ætate qui exercentur, laude affici solent, (vt de Demosthene accepimus) Ea ætate L. Crassus ostendit id se in foro optime iam præmeditatũ facere, quod etiam tum poterat domi cũ laude meditari. Sed cum duplex sit ratio orationis, quarum in altera sit sermo, in altera contentio, non est id dubium, quin contentio orationis maiorem vim habeat ad gloriam. Ea est enim, quam eloquentiam dicimus. Sed tamen difficile dictu est, quantopere conciliet animos

Domus familiaritas Crassi adolescentis accusatiõe C. Carbonis nobilissimi ciuis nobilitatus.

Caue ĩpremeditatum legas ut magna q̃dã habent exẽplaria nihil enim cum sensu conuenit.

animos hominum comitas, affabilitasq; sermonis. Extant Epistolæ, & Philippi ad Alexandrum, & Antipatri ad Cassandrum. & Antigoni ad Philippum trium prudentissimorũ (sic enim accepimus) quibus præcipiunt, vt oratione benigna multitudinis animos ad beneuolentiã alliciant, militesq; appellando blãdo sermone deliniant. Quæ autem in multitudine cum contentione habetur oratio, ea sæpe vniuersam excitat gloriam. Magna est enim admiratio copiose, sapienterq; dicentis, quem qui audiunt, intelligere etiam, & sapere plus quàm cæteros arbitrantur. Si vero inest in oratione mista modestiæ grauitas nil admirabilius fieri potest, eoq; magis, si ea sunt in adolescente. Sed cum sint plurima causarum genera, quæ eloquentiam desiderant multiq; in nostra Republica adolescentes, & apud iudices, & apud Senatum dicendo laudem assecuti sunt, maxima est admiratio in iudicijs, quorum ratio duplex est. Nam ex accusatione & defensione constat, quarum etsi laudabilior est defensio, tamen etiam accusatio probata persæpe est. Dixi paulo antè de Crasso. Idem fecit adolescens M. Antonius. Etiam P. Sulpitij eloquentiam accusatio illustrauit, cum seditiosum, & inutilem ciuem C. Norbanum in iudicium

Affabilitas.

Eloquẽtia.

Senatoria oratio forensis ad gloriã parandam ubertior.

Raro accusandum & quatenus.

iudicium vocauit. Sed hoc quidem non est ſę- *Accuſatio*
pe faciendum, nec vnquam niſi aut Reipub- *Verris, itē*
licæ cauſa, vt duo Luculli: aut patrocinio, vt *pro Sardis*
nos pro Siculis, pro Sardis, pro M. Albutio Iu
lius Cæſar. In accuſando etiam Manlio L. Fu
ſij cognita induſtria eſt. Semel igitur aut non
ſæpe certe. Sin erit cui faciendum ſit ſæpius,
Reipublicæ tribuatur hoc muneris, cuius ini-
micos vlciſci ſæpe non eſt reprehendendum,
modus tamen adſit. Duri enim hominis, vel
potius vix hominis videtur periculum capitis
inferre multis. Id enim tum periculoſum ipſi
eſt, tum etiam ſordidum ad famam, commit-
tere, vt accuſator nominetur. Quod contigit *Brutus ac-*
M. Bruto ſummo genere nato illius filio, qui *cuſator ue-*
iuris ciuilis in primis peritus fuit. Atq; etiam *hemens.*
hoc præceptum officij diligenter tenendū eſt,
ne quem vnquam innocentem iudicio capitis * *Alias ar-*
* accerſas. Id enim ſine ſcelere fieri nullo pa- *ceſſas.*
cto poteſt. Nam quid eſt tam inhumanū, quā *Sceleſtū ac-*
eloquentiā à natura ad ſalutem hominum & *cuſare in-*
ad conſeruationem datam, ad bonorum pe- *centem, hu-*
ſtem, perniciemq; conuertere? Nec tamen vt *manum de-*
hoc fugiendum eſt, ita habendum eſt religio- *fendere ali-*
ni contrarium, nocentem aliquando, & nefa- *quando no-*
num, impiumq; defendere. Vult hoc multitu *centem.*
do, patitur conſuetudo, fert etiam humanitas.

Iudicis est semper in causis verum sequi, patroni nonnunquam veri simile, etiam si minus sit verum, defendere. Quod scribere (præsertim cum de Philosophia scriberem) non audetem, nisi idem placeret grauissimo Stoicorũ Panætio. Maxime autem ipsa, & gloria patitur, & gratia defensionibus, eoq; maior si quãdo accidit vt ei subuenatur, qui potentis alicuius opibus circumueniri vrgerique videtur, vt nos & sæpe aliàs & adolescentes contra L. Syllæ dominantis opes pro S Roscio Amerino fecimus, quæ (vt scis) extat oratio.

Maxima ex defendendo gloria.

Adolescentes, in anno. 27.

* *Prima igitur commendatio.*) *Pietas erga benemeritos.*

Facillime autem, & cætera.) *Consuetudo cum bonis uiris.*

Sed tamen.) *Comitas.*

Magna est enim.) *Eloquentia.*

¶ *Duplex liberalitatis genus, & quatenus ad conciliandam multitudinem adhibendum.*

SEd expositis adolescentum officijs quæ valeant ad gloriam adipiscendam, deinceps de beneficentia, ac liberalitate dicendum est Cuius est ratio duplex. Nam aut opera benigne fit indigentibus, aut pecunia. Facilior est hæc posterior (locupleti præsertim) sed illa lautior ac splendidior, & viro forti clarôque

que dignior. Quanquam enim in vtroque inest gratificandi liberalis voluntas, tamen altera ex arca, altera ex virtute depromitur. Largitiôque quæ fit ex re familiari, fontẽ ipsum benignitatis exhaurit. Ita benignitate benignitas tollitur. Qua quo in plures vsus fis eo minus in multos vti possis. Atq; qui opera, virtute, & industria benefici, & liberales erũt, primũ quo pluribus profuerunt eo plures ad benigne faciendum adiutores habebunt, deinde consuetudine beneficentiæ paratiores erunt, & tanquã exercitatiores ad bene de multis promerendum. Præclare in Epistola quadam Alexandrum filium Philippus accusat, quôd largitione beneuolentiam Macedonũ consectetur. Quæ te (malum) inquit) ratio in istam spem induxit, vt eos tibi fideles putares fore, quos pecunia corrupisses? An tu id agis vt Macedones non te regem suum, sed ministrum, & præbitorem sperent fore? Bene ministrum & præbitorem quia sordidum regi. Melius etiam quòd largitionem, corruptelam esse dixit. Fit enim deterior qui accipit atq; ad id ldem semper expectandum, paratior. Hoc ille filio, sed præceptum putemus omnibus. Quamobrem id quidem non est dubiũ, quin illa benignitas, quæ constat ex opera & indu-

Largitiões multis de causis vitande.

Largitiões tũ sordidæ tũ pestiferæ.

stria, & honestior sit, & latius pateat & possit prodesse pluribus. Nonnunquã tamen est largiendũ, nec hoc benignitatis genus omnino repudiandum est, & sæpe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impartiendũ, sed diligenter atq; moderate. Multi enim patrimonia effuderunt incõsulte largiendo. Quid autem est stultius, quàm quod libenter facias, curare vt id diutius facere non possis? Atq; etiam sequuntur largitionem rapinæ. Cum enim dando egere cœperũt, alienis bonis manus afferre coguntur. Ita cum beneuolentiæ comparandæ causa benefici esse velint, nõ tanta studia assequuntur eorum quibus dederũt, quanta odia eorum, quibus ademerunt. Quãobrem nec ita claudenda est res familiaris, vt eam benignitas aperire non possit: nec ita reseranda, vt pateat omnibus: modus adhibeatur, isq; referatur ad facultates. Omnino meminisse debemus, id quod à nostris hominib' sæpissime vsurpatum, iamq; in prouerbij consuetudinem venit: Largitionem fundum non habere. Etenim quis potest esse modus, cũ & hi qui consueuerunt, & illud idem alij desiderent.

Adagiũ à dolio pertuso translatũ, quod ut infusa aqua nũquã tamẽ ĩplentur, ita nec

* *Sed expositis adolescentum.*) *Quomodo beneficentia adiungantur uoluntates hominum, ac primum docet quatenus decea largiri.* Atqui

Atqui opera.) Auget exemplis præclarum Philippi præceptum.

Et sæpe idoneis.) Iuxta prouerbium: οὔτε πάντα οὔτε πάντη.

¶ De liberali, & Prodigo.

OMnino duo genera sunt largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales. Prodigi, qui epulis & visceration ib⁹ & gladiatorum muneribus, ludorum, venationũq; apparatu pecunias profundunt in eas res quarum memoriam aut breuem aut nullam sint relicturi omnino. Liberales autem, qui suis facultatibus aut captos à prædonibus redimũt, aut æs alienum suscipiunt amicorum, aut in filiarum collocatione adiuuant aut opitulãtur, vel in re quærenda, vel augenda. Itaq; miror quid in mentem venerit Theophrasto in eo libro quem de diuitijs scripsit in quo multa præclare, illud absurdum. Est enim multus in laudanda magnificentia, & apparatione populariũ munerum, taliumq; sumptuum facultatem, fructum diuitiarum putat. Mihi autem ille fructus liberalitatis, cuius exempla pauca posui, multo & maior videtur, & cercior. Quã to Aristoteles grauius, & verius nos reprehendit qui has effusiones pecuniarum non admiremur, quæ fiunt ad multitudinem delinien-

popul⁹ largitionibus.

Viscerationes conuiuia ẽ carnibus, mũeræ gladiatorũ spectacula cruenta.

Ludorũ, id est, comœdiarũ, aut tragœdiarum.

Venationũ cum nouæ quædã feræ populo exhibẽtur.

Aes alienũ id est, debitũ. Collocatione cum nuptũ dantur. Notatus à Cice-

dam. At hi qui ab hostibus obsidentur, si emo re aquæ sextarium mina cogerentur, hoc primo auditu incredibile nobis videri, omnesq; mirari. sed cum attenderint, veniam necessitati dari. Ita in his immanibus iacturis infinitis, q; sumptib9 nihil nos magnopere mirari, præsertim cũ nec necessitati subueniatur, nec dignitas augeatur, ipsaq; illa delinitio multitudinis ad breue exiguumq; duratura sit tempus, eaq; â leuissimo quoq;, in quo tamen ipso vna cum satietate memoria quoque moriatur voluptatis. Bene etiam colligitur, hæc pueris & mulierculis, & seruis, & seruorũ simillimis liberis esse grata. Graui vero homini, & ea quæ fiunt, iudicio certo ponderanti, probari posse nullo modo. Quanquam intelligo in nostra ciuitate inueteraſſe & iam bonis temporibus, vt splendor ædilitatum ab optimis viris postuletur. Itaq; P. Crassus cum cognomine diues, tum copijs, functus est ædilitio maximo munere. Et paulò pòst L. Crassus cum omnium hominum moderatissimo. Q. Mutio magnificentissima ædilitate functus est. Deinde C. Claudius Appi filius. Multi pòst Lucullus, Hortensius, Syllanus. Omnes autem P. Lentulus me consule vicit superiores. Hunc est Scaur9 imitatus. Magnificentissima vero nostri Pom-

Vide Theophrastus. Ad multitudinẽ delinendã in multis exẽplarib9 nõ est ascriptũ. Miror ĩ malã partem. Crassus diues. Crassus Orator. Mutius Scæuola. C. Claudius. M. et L. Luculli fratres, Syllan9. P. Lẽtul9. M. Scaur9 Syllæ priuignus. Hõestis de causis faciẽdæ nõnũquã largitiões sed modicæ.

ſtri Pompei munera ſecundo conſulatu in q= bus omnibus quid mihi placeat vides. Vitan= da tamen eſt ſuſpicio auaritiæ. Nam Mamer= co homini ditiſſimo prætermiſſio ædilitatis, conſulatus repulſam attulit. Quare &ſi poſtu= latur à populo (bonis viris ſi non deſideranti= bus, attamen approbantibus) faciendum eſt, modo pro facultatibus noſtris vt fecimus. Et ſi quando aliqua res maior aut vtilior popu= lari largitione acquiritur, vt Oreſti nuper prã= dia in ſemitis decimæ nomine magno hono= ri fuerunt. Ne M quidem Seio vitio datũ eſt, q̃ in caritate annonæ aſſe modiũ populo de= dit. Magna enim ſe & inueterata inuidia nec turpi iactura quando erat ædilis nec maxima liberauit. Sed honori ſummo nuper noſtro Miloni fuit, q̃ gladiatoribus emptis Reipub= licæ cauſa, quæ ſalute noſtra continebatur, omnes P. Clodij conatus, furoreſq̃ compreſ= ſit. Cauſa igitur largitiõis eſt, ſi aut neceſſe eſt, aut vtile. In his autem ipſis mediocritatis re= gula optima eſt L. quidem Philippus Q. Fa= bij filius vir magno ingenio, in primiſq̃ clarꝰ, gloriari ſolebat ſe ſine vllo munere adeptum eſſe omniasquæ haberentur amplisſima. Di= cebat idem Cotta Curio. Nobis quoq̃ licet in hoc quodam modo gloriari. Nam pro ampli

Mos antiq= tus decimã partẽ Her culi conſe= crare, ut di teſcerent, unde deci= mã Herculanã partẽ Plautus no minat. Aſ= ſis hic æreũ nũmum ſignificat.

Qui citra largitiões ullas hono res ſint cõ ſecuti.

tudine bonorum quos cunctis ſuffragijs adepti ſumus noſtro quidem anno (quod contigit eorum nemini, quos modo nominaui) ſanè exiguus ſumptus ædilitatis fuit. Atq; etiam illæ impenſę meliores ſunt, muri, naualia, portus, aquarum ductus, omniaq; quæ ad vſum Reipublicæ pertinent. Quanquam quod præſens tanquam in manu datur iucundius eſt, tamen hæc in poſterum gratiora ſunt. Theatra, porticus, noua templa, verecundius reprehendo propter Pompeium. Sed doctiſſimi non probant, vt & hic ipſe Panætius, quem multum in his libris ſecutus ſum, nõ interpretatus & Phalereus Demetrius, qui Periclẽ principem Græciæ vituperabat, quôd tantã pecuniam in præclara illa propylæa conieciſſet. Sed de hoc genere toto in his libris, quos de Republica ſcripſi diligenter eſt diſputatum. Tota igitur ratio talium largitionum genere vitioſa eſt, temporibus neceſſaria, & * tamen ipſa ad facultates accommodanda, & mediocritate moderanda eſt.

Noſtro anno, emphaſis eſt.

Quibus in rebus ſumptus huiuſmodi rectius collocãtur.

Propylæa Mineruæ, id eſt, ueſtibula ſumptuoſiq; cœpta, inuidiam attulere Pericli.

* *Aliàs tũ*

* *Omnino duo genera.*) *Prodigalitas damnatur.* *Quanquam intelligo.*) *Quomodo Romæ laudem meruerit Prodigalitas.*

¶ *Priuata liberalitas, in quos & quatenus exercenda.*

In illo

IN illo antem altero genere largiendi, q̃d à liberalitate proficiſcitur non vno modo in diſparibus cauſis affecti eſſe debemus. Alia cauſa eſt eius qui calamitate premitur, & eius, qui res meliores quærit, nullis ſuis rebus aduerſis. Propenſior benignitas eſſe debebit in calamitoſos, niſi fortè erunt digni calamitate. In his tamen qui ſe adiuuari volent, non vt ne affligantur, ſed vt altiorem gradum aſcendãt, reſtricti omnino nullo modo eſſe debemus, ſed in deligendis idoneis iudicium & diligentiam adhibere Nam præclare Ennio: Benefacta male locata, malefacta arbitror. Quod autem tributum eſt bono viro & grato in eo tum ex ipſo fructus eſt, tum etiam ex cæteris. Temeritate enim remota gratiſſima eſt liberalitas eoq; eam ſtudioſius plerique laudãt, quòd ſummi cuiuſque bonitas commune perfugium eſt omnium. Danda igitur opera eſt, vt his beneficijs quàm plurimos afficiamus, quorum liberis poſteriſq; prodatur memoria, vt his ingratis eſſe non liceat. Omnes enim, immemores beneficij oderunt eamq; iniuriã in deterrenda liberalitate ſibi etiam fieri eũq; qui faciat communem hoſtem tenuiorum putant. Atq; hæc benignitas etiam Reipublicæ vtilis eſt, redimi è ſeruitute captos, locupletari

Ad ſuccurrendũ prõptiores eſſe oportet quã ad ornandum.

Carmẽ agnominationibꝰ et contrariorũ recipcatione decentiſſimum.

Vt alij ſint ad pugnã prõptiores & ne egeſtas rerum nouarũ cupidos faciat.

tenuiores. Quod quidem vulgo solitum fieri ab ordine nostro in oratione Crassi scriptum copiose videmus. Hanc ego cõsuetudinem benignitatis, largitioni munerum longe antepono. Hæc est grauium hominum atq; magnorum, illa quasi assentatorum populi multitudinis leuitatem, voluptatem quasi titillantium. Cõuenit autem, tum in dando munificũ esse, tum in exigendo non acerbum. In omniq; re contrahenda, vendendo, emendo, conducendo, locando, in vicinitatibus & confinijs æquũ & facilem, multa multis de iure suo cõcedentem: Alitibus vero quantum liceat, & nescio an paulo plus etiam quàm liceat, abhorrentẽ. Est enim non modo liberale paulum nonnũquam de suo iure decedere, sed interdum etiã fructuosum. Habenda autem est ratio rei familiaris quam quidem dilabi sinere flagitiosũ est, sed ita vt illiberalitatis auaritiæq; absit suspicio. Posse enim liberalitate vti, non spoliantem se patrimonio nimirum is est pecuniæ fructus maxim? Recte etiam à Theophrasto est laudata hospitalitas. Est enim (vt mihi quidẽ videtur) valde decorum patere domos hominum illustrium illustribus hospitibus. Idq; etiam Reipublicæ est ornamento homines externos hoc liberalitatis genere in vrbe nostra non e-

Paululũ aliis de suo iure cõcedere liberalitatis species.

Hospitalitas publice priuatimq; utilis ad multa.

non egere. Est etiam vehementer vtile his qui honeste posse multa volunt, per hospites apd externos populos valere opibus & gratia. Theophrastus scribit quidem Cimonem Athenis etiam in suos curiales Laciadas hospitalem fuisse. Ita enim dicitur instituisse, & villicis imperauisse vt omnia præberentur quicũque Laciades in villam suam diuertisset. *Cimonis hospitalitas in contribules suos.*

* *In illo autem altero.)* Liberalitatis pars gratificari largiendo.

Tum in exigendo.) Impudentia flagitare officium.

A litibus.) Lites.

Recte etiam á.) Hospitalitas.

¶ *In altero beneficentiæ genere, quod operis constat, multum ualere iuris prudentiam, longe plurimũ eloquentiam*

QVæ autem opera, non largitione beneficia dantur, hæc tum in vniuersã Rempublicam tum in singulos ciues conferuntur. Nam in iure cauere, consilio iuuare, atq; hoc scientiæ genere prodesse q̃ plurimis, vehementer & ad opes augendas pertinet, & ad gratiam. Itaq; cum multa præclara maiorũ, tum quã optime constituti iuris ciuilis summo semper in honore fuit cognitio atq; interpretatio. Quam quidem ante hanc confusionẽ *Antiqtꝰ in precio habita iuris prudentia.*

confusionem temporũ in possessione sua prin cipes retinuerunt. Nunc vt honores, vt omnis dignitatis gradus, sic huius scientiæ splendor deletus est Idq; eo indignius quôd eo tempo re hoc contigit, cũ is esset qui omnes superio res, quibus honore par esset, scientia facile vi cisset. Hæc igitur opera grata multis, & ad be neficijs obstringendos homines accommoda ta. Atque huic arti finitima est dicendi grauior facultas, & gratior & ornatior. Quid enim eloquentia laudabilius & præstabilius, vel ad miratione audientium, vel spe indigentium, vel eorum qui defensi sunt gratia? Huic quo q; ergo à maioribus nostris est in tota dignita te principatus datus. Diserti igitur hominis, & facile laborantis quodq; in patrijs est moribꝰ, multorum causas, & non grauate sed gratuito defendentis, beneficia & patrocinia late pa tent. Admonebat me res, vt hoc quo & loco intermissionem eloquentiæ, ne dicam interi tum deplorarem, ni vererer, ne de me ipso a liquid viderer queri. Sed tamen videmus, qui bus extinctis Oratoribꝰ, quàm in paucis spes, quanto in paucioribus facultas quàm in mul tis sit audacia. Cum autem omnes non pos sint, ne multi quidem, aut Iurisperiti esse, aut diserti, licet tamen opera prodesse multis, be neficia

Dicendi facultas antefertur.

Turpis mercenaria eloquentia.

Mira distributio.

Ex leuiori bꝰ quoque opis gratiã conciliari.

neficia petentem, commendantem iudicibus, Magistratibus vigilantem pro re alterius, eos ipsos qui aut consulunt, aut defendunt rogantem. Quod qui faciunt plurimum gratiæ consequuntur, latissimeq; eorũ manat industria. Iam illud nõ sunt admonendi, est enim in prõptu, vt animaduertant, cum alios iuuare velint, ne quos offendant. Sæpe enim aut eos lædunt quos non debent, aut eos quos non expedit. Si imprudentes negligentiæ est: si scientes, temeritatis. Vtendum etiam est excusatione aduersus eos, quos inuitus offendas, quacunq; possis, quare id quod feceris, necesse fuerit, nec aliter facere potueris. Cæteriscq; operis, & officijs erit, quod violatum videbitur cõpensandum.

Aut uitanda, aut mitiganda offensio.

* *Quæ autem opera.*) *Pars liberalitatis opera gratificari.*

Tum quàm optime.) *Respondere de iure.*

Atque huic arti.) *Dicendo gratificari.*

Admonebat me res.) *Deplorat Reipublicæ calamitatem.*

¶ *Operam apud tenues & bonos rectius, quàm apud locupletes collocari. Nulli tamen nisi iusta in re præstandam esse.*

SEd cum in hominibus iuuandis, aut mores spectari, aut fortuna soleat, dictu quidem est

dem est proclíue, itaq; vulgo loquuntur, sese in beneficijs collocandis mores hominum, nõ fortunam sequi. Honesta oratio est, sed quis est tandem, qui inopis, & optimi viri causæ non anteponat in opera danda gratiam fortunati & potentis? A quo enim expeditior, & celerior remuneratio fore videtur, in eum ferè est volũtas nostra propensior. Sed animaduertendum est diligentius, quæ natura rerum sit. Nimirum enim inops ille si bonus est vir, etiam si referre gratiam non potest, habere certe potest. Commode autem, quicunq; dixit, pecuniam, qui habeat, non reddidisse, & qui reddidit non habere: gratiam autem & qui rettulerit habere, & qui habeat, rettulisse. At qui se locupletes, honoratos, beatos putant, hi ne obligari quidem beneficio volunt, qui etiam beneficiũ se dedisse arbitrantur, cum ipsi, quãuis aliquid magnũ acceperint, neq; etiam à se aut postulari, aut expectari aliquid suspicãtur. Patrocinio vero se vsos, aut clientes appellari, mortis instar putant. At vero ille tenuis, cum quicquid factum sit, sese spectatum, non fortunam putat, non modo illi, qui est meritus, sed etiam illis, à quibus expectat (eget enim multis) gratum se videri studet. Neq; vero verbis auget suum munus (si quo fortè fungi-

Lepidissima dissimilitudo iter relatam gratiã, & redditam pecuniam.

Mortis instar, id est, extremum malum.

tur sed

tur) sed etiam extenuat. Videndūq; illud idē quod si opulentum, fortunatumq; defenderis, in illo vno, aut fortē in liberis eius manet gratia. Sin autem inopem, probum tamen & modestum, omnes nō improbi humiles (quæ magna in populo multitudo est) præsidium sibi paratum vident. Quamobrem melius apud bonos, quàm apud fortunatos beneficium collocari puto. Danda omnino opera est, vt omni generi satisfacere possimus. Sed si res in cōtentionem veniet, nimirum Themistocles est autor adhibendus, qui cum consuleretur, vtrū bono viro pauperi, aut minus probato diuiti filiam collocaret: ego, inquit, malo virum, qui pecunia egeat quàm pecuniā quæ viro. Sed corrupti mores, depraua tiq; sunt admiratione diuitiarum, quarum magnitudo quid ad vnumquemq; nostrum pertinet? Illum forte adiuuat qui habet, ne id quidem semper. Sed faciuuare, potentior sane sit, honestior vero quo modo? Quod si etiam bonus erit vir, ne impediant diuitiæ, quo minus iuuetur, modo ne adiuuent, sitq; omne iudicium, non quàm locuples, sed qualis quisque sit. Extremum autem præceptum in beneficijs, operàque danda est, ne quid contra æquitatem contendas, ne quid pro iniuria. Fundamentū

47 *Humilis probitas.*

Cōtētionē, id est, consultationē et collatio nē. Themistocles Amat. Malo uirum sine pecunia, q̄ sine uiro pecuniam. Nihil dici potuit uel graui9 uel festiuius.

enim

enim perpetuæ commendationis & famæ: est iustitia, sine qua nihil potest esse laudabile.

Turpi in causa nemini cõmodã da opera.

* *Sed cum in hominibus.*) Quibus sit gratificandum.

Commode autem.) γνώμη Extat & pro Plancio. Gellius uidetur præter rem calumniari hanc sententiam.

Fundamentum enim.) Reuocat ad iustitiam.

¶ *Liberalitas in uniuersam multitudinem modice exercenda, exactiones non nisi in iusta necessitate.*

SEd quoniam de eo genere beneficiorum dictum est, quæ ad singulos spectant, deinceps de his quæ ad vniuersos, quæq; ad Rempublicam pertinent disputandum est. Eorum autem ipsorum partim eiusmodi sũt, vt ad vniuersos ciues pertineant, partim singulos vt attingant, quæ sunt etiam gratiora. Danda est opera omnino si possit vtriscq;, nec minus, vt etiam singulis consulatur. Sed ita vt ea res aut prosit aut certe ne obsit Reipublicæ, C. Helij & P. Gracchi frumentaria magna largitio fuit, exhauriebat igitur ærarium: modica M. Octauij, & Reipublicæ tolerabilis, & plebi necessaria. ergo & ciuibus, & Reipublicæ salutaris. In primis autem videndum erit ei, qui Rempublicam administrabit, vt suum quisq; teneat, neq; de bonis priuatorum publice di-

Singuli & uniuersi pugnant inter se.

In uetusto Codice, Helij, & duæ uoces aberrant.

lice diminutio fiat. Pernicioſe enim Philippus in tribunatu cum legem agrariam ferret, quã tamen antiquari facile paſſus eſt in eo vehementer ſe moderatum præbuit. Sed cum in agendo multa populariter, tum illud male, non eſſe in ciuitate duo milia hominum, qui rem haberent. Capitalis oratio, eſt ad æquationẽ bonorum pertinens. qua peſte quæ poteſt eſſe maior? Hanc enim ob cauſam maxime vt ſua tenerent, Reſpublicæ ciuitatesq; conſtitutæ ſunt. Nam etſi duce natura congregabantur homines, tamen ſepe cuſtodiæ rerum ſuarum vrbium præſidia quærebant. Danda etiã opera eſt, ne quod apud maiores noſtros ſæpe fiebat, propter ærarij tenuitatem, aſſiduitatẽm que bellorum, tributum ſit conferendum, idq; ne eueniat multo ante erit prouidendum. Sin qua neceſſitas huius muneris alicui Reipublicę obuenerit (malo enim alteri quàm noſtræ ominari, neq; tantum de noſtra, ſed de omni Republica diſputo) danda erit opera, vt omnes intelligant, (ſi ſalui eſſe velint) neceſſitati eſſe parendum. Atque etiam omnes, qui Rempublicam gubernabunt, conſulere debebunt, vt earum rerum copia ſit, quæ ſunt ad victum neceſſariæ. Quarum qualis comparatio fieri ſoleat, & debeat, non eſt neceſſe diſputare.

Antiquari id eſt, tollí & abrogari. 49

Capitalis, id eſt, ad extremã pniciem ſpectans.

Exactio tributorũ uitanda.

Ominari, id eſt, nominando cauſam mali omen adferre.

tare. Est enim in promptu. Tantum locus attingendus fuit.

* Deinceps de his.) *De publicis largitionibus quam perniciosæ sint Rebuspublicis, C. Helij & P. Gracchi.) Sp. Melij & C. Gracchi M. Octauius aduersarius fuit.*

Qua peste qnæ.) Επιφωνημα.

¶ *Ad gratiam multitudinis comparandum maxime ualere abstinentiam, contraq; ex inuasione alieni summam existere perniciem.*

Memorabile de Rõanorũ ducũ cõtinentia Vide, ne rectius legatur: Hæc q dẽ illi secula expectãda fuerũt, qd modo ad breuitatẽ iterualli referatur.

CAput autem est, vt omni in procuratione negocij, & muneris publici, auaritiæ pellatur etiam minima suspicio. Vtinam, inquit, C. Pontius Samnis, ad illa tempora fortuna me reseruasset, & tunc essem natus, quando Romani dona accipere cœpissent, nõ essem passus diutius eos imperare. Nec illi quidem multa secula expectanda fuerunt. Modo enim hoc malum in hanc Rempublicam inuasit. Itaq; facile patior, nunc potius Pontium, fuisse si quidem in illo tantum fuit roboris. Nondum centum & decem anni sunt, cũ de pecunijs repetũdis à Lucio Pisone lata est Lex, nulla antea cum fuisset. At vero postea tot leges, & proximæ quæq; duriores, tot rei, tot damnati, tantum Italicum bellũ propter iudicsorum metum excitatum, tanta sublatis

Sero auaritia ad Romanos demigrauit.

legibus,

legibus, & iudicijs expilatio, direptioq; sociorum, vt imbecillitate aliorum, non nostra virtute valeamus. Laudat Aphricanum Panætius, quôd fuerit abstinens: quid ni laudet? Sed in illo alia maiora. Laus enim abstinentiæ nõ hominis est solum, sed etiam temporum illorum. Omni macedonum gaza, quæ fuit maxima, potius est Paulus. Tantum in ærarium pecuniæ inuexit, vt vnius Imperatoris præda finem attulerit tributorum. At hic nihil in domum suam intulit, præter memoriam nominis sempiternam Imitatur patrem Aphricanus, nihilo locupletior Carthagine euersa. Quid? Qui eius collega in censura fuit Luci⁹ Mummius, nunquid copiosior cum copiosissimam vrbem funditus sustulisset? Italiam ornare, quàm domum suam maluit. Quanquã Italia ornata, domus ipsa videtur ornatior. Nullum igitur vitium tetrius (vt eô vnde egressa est, referat se oratio) q̃ auaritia, præsertim in principibus & Rempublicam gubernãtibus. Habere enim quæstui Rempublicam non modo turpe est, sed sceleratum etiam, & nefarium. Itaq; quod Apollo Pythius oraculo ædidit: Spartam nulla re alia, nisi auaritia esse perituram, id videtur non solum Lacedæmonijs, sed & omnibus opulentis populis prę

Ab hoc tribũo plebis primũ 51 lata lex de repetũdis. Cẽsorio et manilio cõsulib⁹ Aphricãi abstinentia. Valerius titulo de abstinentia. Pauli Aemilij in uictoria Persæ abstinentia, lege Plutarchũ 52 Scipio Aemilianus, q Aphricanus minor. Mummius Achaicus euersa Co-

rintho ab omni præda abstinuit. 53

Spartã cupiditas expugnauit.

Oraculum Spartæ redditũ à Φιλοχρηματία σπάρταν ἕλοι ἄλλο δὲ οὐδὲν.

Condonantur remittuntur.

Non fuisse soluẽdo, id est, nõ habuisse unde solueret.

dixisse. Nulla autem re conciliare facilius beneuolentiam multitudinis possunt hi, qui Reipublicæ præsunt, quàm abstinentia & continẽtia. Qui vero se populares volunt, ob eàmque causam, aut agrariam rem tentant, vt possessores pellantur suis sedibus: aut pecunias creditas debitoribus condonandas putant, hi labefactant fundamenta Reipublicæ. Concordiã primum tollunt, quæ esse non potest, cũ alijs adimuntur, alijs condonantur pecuniæ. Deinde æquitatem, quæ tollitur omnis, si habere suum cuique non licet. Id enim est proprium (vt supra dixi) ciuitatis atque vrbis, vt sit libera, & non solicita suæ rei cuiusque custodia. Atq; in hac pernicie Reipublicæ ne illam quidem consequuntur quam putant gratiam. Nam cui res erepta est, inimicus cui data est, etiam dissimulat se accipere voluisse, & maxime in pecunijs creditis occultat suum gaudiũ, ne videatur non fuisse soluendo. At vero ille qui accipit iniuriam, & meminit, & præ se fert dolorem suum: nec si plures sunt hi, quibus improbe datum est, quàm illi quibus iniuste ademptum est, idcirco plus etiam valent. Non enim numero hæc iudicantur, sed pondere. Quã autem habet æquitatem, vt agrum multis annis, aut etiam seculis ante possessum, qui

nullum

nullum habuit, habeat: qui autem habuit, amittat? At propter hoc iniuriæ genus Lacedæmonij Lysandrum Ephorum expulerunt. Agin Regem, quod nunquã antea apud eos acciderat, necauerũt Ex quo eo tempore tantæ discordiæ secutæ sunt, vt Tyranni existerẽt, & optimates exterminarentur, & præclarissime constituta Respublica dilaberetur. Nec vero solum ipsa cecidit, sed etiam reliquam Græciam euertit contagionibus malorum, quæ à Lacedæmonijs profectæ manarunt latius. Quid nostros Gracchos Tiberij Gracchi sum mi viri filios, Aphricani nepotes, nõnne agrariæ contentiones perdiderunt? At vero Aratus Sicyonius iure laudatur, qui cum eius ciuitas quinquaginta annos à Tyrannis tenerẽtur, profectus Argis, Sicyonem clandestino introitu vrbe est potitus. Cumq; Tyrannũ Nicoclem improuiso oppressisset, sexcentos exules (qui fuerant eius ciuitatis locupletissimi) restituit, Remq; publicã aduentu suo liberauit. Sed cum magnam animaduerteret in bonis & possessionibus difficultatem, quòd & eos, quos & ipse restituerat, quorũ bona alij possederant, egere iniquissimũ arbitrabatur: & quin quaginta annorum possessiones mouere, non nimis æquum putabat, propterea quôd tam

Quæ calamitates ex iniustis largitionibus.

Patere latius, manare latius, nullus fermo.

Ara salutaris explicata.

Historia extat apud Polybium.

longo spacio multa hæreditatibus, multa emptionibus, multa dotibus tenebantur: sine iniuria iudicauit, neq; illis adimi, neq; his non satisfieri, quorum illa fuerant, oportere. Cum igitur statuisset opus esse ad eam rem constituendam pecunia, Alexandriã se proficisci velle dixit, remq; integram ad reditum suũ fore sit esse. Isq; celeriter ad Ptolomeum suũ hospitem venit, qui tum regnabat alter post Alexandriam conditam, cui cum exposuisset patriam se liberare velle, causamq; docuisset à rege opulento vir summus facile impetrauit, vt grandi pecunia adiuuaretur. Quam cũ in Sicyonem attulisset, adhibuit sibi in consiliũ quindecim principes, cum quib⁹ causas cognouit, & eorum qui aliena detinebant, & eorum qui

Præpositio in, deest in uetusto exẽplo

55 sua amiserant, præfecitq; æstimandis possessionibus, & vt persuaderent alijs, vt pecuniam accipere mallent, & possessionibus cederent; alijs vt commodius putarent, numerari sibi

56 quod tanti esset, quam suum recuperare. Ita

57 perfectum est, vt omnes constituta concordia sine querela discederent. O virum magnum, dignumq; qui in nostra Republica nat⁹ esset. Sic par est agere cum ciuibus, non (vt bis iam vidimus) hastam in foro ponere, & bona ciuium voci subijcere præconis. At ille Græcus

id quod

(id quod fuit sapientis & præstantis viri) omnibus consulendum putauit. Eaq; est summa ratio & sapientia summi ciuis, commoda ciuis defendere, non diuellere, atque omnes æquitate eadem continere. Habitent gratis in alieno. Quid ita? Vt cũ emerim, ædificarim, tuear, impendam, tu me inuito fruare meo? Quid est aliud alijs sua eripere, alijs dare aliena? Tabulæ vero nouæ quid habent Argumenti, nisi vt emas mea pecunia fundum, & eum tu habeas, ego non habeam pecuniam? Quamobrem ne sit æs alienum quod Reipublicæ noceat, prouidendum est, quod multis rationibus caueri potest, si hoc non fuerit, vt locupletes suũ perdant, debitores lucrentur alienum. Nec enim vlla res vehementius Rempublicam cõtinet, quã fides, quæ esse nulla potest, nisi erit necessaria solutio rerum creditarum. Nunquã enim vehementius actum est, quã me Consule ne solueretur. Armis & castris tentata res est ab omni genere hominũ & ordine, quibus sic restiti, vt hoc tantum malum de Republica tolleretur. Nunquam nec maius æs alienum fuit, nec melius, nec facilio dissolutũ est. Fraudandi enim spe sublata soluendi necessitas consecuta est. At vero hic nunc victor, tum quidem victus, quæ cogita-

Stomachatur Cicero nõnihil etiam priuato dolore.

Diuisio dogrorũ indigna.

Exaggerat condonationem æris alieni.

Cæsar acriter taxat.

rat, ea perfecit, cum eius iam nihil interesset. Tanta in eo peccandi libido fuit, vt hoc ipsum eum delectaret peccare, etiam si causa non esset. Ab hoc igitur genere largitiõis vt alijs detur, alijs auferatur, aberunt hi, qui Rempublicam tuebuntur. In primisq́ operam dabunt, vt iuris, & iudiciorum æquitate suum quisq́ teneat. Et neq́ tenuiores propter humilitatẽ circumueniantur, neque locupletibus ad sua vel tuenda, vel recuperanda obsit inuidia. Præterea quibuscunque rebus vel belli, vel domi poterunt, Rempublicã augeant imperio, agris, vectigalibus. Hæc magnorum hominũ sunt, hæc apud maiores nostros factitata. Hæc genera officiorum, qui persequũtur, cum summa vtilitate Reipublicæ magnam sibi adipiscentur & gratiam & gloriã. In his autem vtilitatum præceptis Antipater Tyrius *Stoicus*, qui Athenis nuper est mortuus, *duo* præcepta censet esse â Panætio prætermissa, valetudinis curationem & pecuniæ. Quas res à summo Philosopho præteritas arbitror, quod essent faciles. Sunt certe vtiles,

Panætiꝰ à Ciccrone defensꝰ cõtra Antipatrum,

* *Caput autem est.*) Αντίθεσις. *Commemorat enim continentiam principum.*

Laudat Aphricanum.) *Exemplorum aceruus.*

Spartam nulla.) *Apollinis oraculum.*

Lacedæ

Lacedæmonij Lysandrum.) Vide Plutarchum in horum uitis.

At uero Aratus.) Extat & huius uita in Plntarcho.

Estq; Epigramma in eum compositum, quod ad commendandam Lectoribus memoriam uirtutis huius uiri libuit adscribere.

Βουλαὶ μὲν Ϲ ἄεθλα Ϲ ἡ περὶ ἑλλάδος ἀλκαὶ,
τοῦ δ' ἀνδρὸς στήλας πλάθεται ἡρακλέους,
ἁμεῖς δ' εἰκὸν ἄρατε τεὰν νόστοισι τυχόντες.
στάσαμεν ἀντ' ἀρετᾶς ἡδὲ δικαιοσύνας.
σωτῆρος σωτῆρσι θεοῖς, ὅτι πατρίδι τᾷ σᾷ
δαίμονι σῷ, θείαν ὤπασεν εὐνομίαν.

Herculeas quámuis æquent tua facta columnas
Dum patriam seruas inclyte Arate tuam.
Nos tamen hanc statuam pro libertate recepta
Virtutis testem fecimus esse tuæ.
Communis tibi cum dijs seruatoribus esto
Hic honor, in patriam nam pia iura refers.

Tabulæ uero nouæ.) Nouæ tabulæ condonatio debitorum.

Nunquam enim uehementius.) Suum exemplum commemorat.

At uero hic noster.) Cæsaris exemplum contrarium.

¶ Quibus rationibus ualetudo & res familiaris tum paranda, tum tuenda.

SEd valetudo sustentatur notitia sui corporis, & obseruatione earum rerum, quę res aut prodesse soleant, aut obesse, & cõtinentia in victu omni, atque cultu corporis tuendi causa, & prætermittendis voluptatibus. Postremo arte eorum, quorum ad scientiam hæc pertinent. Res autem familiaris quæri debet his rebus, à quibus abest turpitudo. Conseruari autem diligentia, & parsimonia, ipsa etiam rebus augeri. Has res commodissime Xenophon Socraticus persecutus est in eo libro qui Oeconomicus inscribitur, quem nostra ferè ætate cum essemus, qua es tu nunc, è Græco in Latinum conuertimus.

Oeconomicus, id est, de familia administrãda.

* *Res autem familiaris.*) *Rei familiaris cura.*

Conseruari autem) *Parsimonia magnũ uectigal.*

¶ *Quartum genus deliberationis, inter utilia vtrum utilius, aut quid utilissimum.*

SEd vtilitatum comparatio (quoniam hic locus erat quartus à Panætio prætermissus) sæpe est necessaria. Nam & corporis commoda cum externis, & externa cum corporis, & ipsa inter se corporis cum corpore, & externa cum externis comparari solent. Cum externis corporis, hoc modo comparantur. Valere vt malis quã diues esse. Cũ corporis, externa hoc modo: Diues esse potiꝰ, quã maximis cor-

ximis corporis viribus. Ipsa inter se corporis, comparantur sic, vt bona valetudo voluptati anteponatur, vires celeritati. Externorum autem, vt gloria diuitijs, vectigalia vrbana rusticis. Ex quo genere comparationis illud est Catonis senis. A quo cum quæreretur quid maxime in familiari expediret, respondit, bene pascere. Quid secundum? Satis bene pascere. Quid tertium? Bene vestire. Quid quartum? Arare. Et cum ille, qui quæsierat, dixisset, quid fœnerari? Tum Cato, quid hominē, inquit, occidere? Ex quo & multis alijs intelligi debet, vtilitatum comparationes solere fieri, rectēq; hoc adiunctum esse, quartum exquirendorum officiorum genus. Sed toto hoc de genere, de quærenda, de collocanda pecunia, etiam de vtenda, commodius â quibusdā optimis viris ad mediū ianuæ sedentibus, quā ab vllis Philosophis vlla in Schola disputantur. Sunt tamen ea cognoscenda. Pertinent enim ad vtilitatem, de qua hoc libro disputatum est. Reliqua deinceps persequemur.

Qui in Agricultura utilissimū sit, Cato indicauit.

ERASMVS ROTERODAMVS.

¶ *Ad medium ianuæ sedentibus.*) *Non dubito quin meo iudicio sub scripturæ sint eruditorum centuriæ. Si quidem omnino legendum arbitror, ad medium ianum*

num, ut intelligamus eam fori partem, in qua consistebant fœneratores, & in qua uersabantur quibus cum illis res erat. Damasippus apud Horatium Lib. Sermonum 2. Sat. 3. ex negociatore factus Philosophus Stoicus ita loquitur:

Postquam omnis res mea Ianum
Ad medium fracta est, aliena negocia curo,
Excussus propriis.

Quem locum sic explicat Porphyrio, quia omnes ad Ianum in Basilica stabant fœneratores. Acron ita: Iani statuæ tres erant, ad unam illarum solent conuenire creditores & fœneratores, alij ad reddendum, alij ad locandum fœnus. Hæc Acron, quem suspicor de suo affinxisse commentum de tribus statuis, è quibus Christophorus Landinus facit tria Templa. Probabilius est medium Ianum uocari, q; in medio foro basilicam haberet. Erat enim olim aliud fœneratorum genus, qui in foro uersabantur, numeraturi protinus, si quis quid præsente pecunia mercaretur. Friuolum est autem quod Landin9 medium Ianum exponit mediam mercaturam. De his utiq; sensit M. Tullius, qui Romæ in foro ad medium Ianum sedebant, de bene collocanda pecunia disputantes. Verba Ciceronis sic habent: Sed toto hoc de genere, de quærenda, de collocanda pecunia, etiam de utenda, commodius à quibusdam optimis uiris, ad medium Ianum sedentibus, quã ab ullis Philosophis ulla in Schola disputatur.

sputatur. Hæc Tullius, & paulò ante facta est de fœnerando mentio, quod licet improbet Cato, tamen hinc colligit Cicero, & olim utilitatũ cõparationes fieri solere. Porró qui ad medium ianuæ de Hemicyclis interpretantur, hoc adferre maluerunt, quã nihil dicere. Primum enim Hemicycla non sunt ad medium ianuæ, sed circa ianuam potius: nec qui illic desident magis disputant de bene collocanda pecunia, quã de rebus quibuslibet alijs, ac plerunq; de nugis. Iam in scriptura facillimus fuit lapsus. Ad medium Ianum fortasis notula superposita ũ erat obscurior: Ea sublata ianũ nihil significabat: itaq; Scriba fecit ianuæ. Aut aliquis semidoctus, qui non legerat Horatiũ, eoq; non intelligens quid esset medius Ianus, uertit in medium ianuæ. Nec id miror accidisse, uel scribæ uel eruditili cuiuspiam & audaculi uitio, magis miror in opere tam celebri, tam utili, quod omnium manibus terebatur, quod quotidie prælegebatur in Scholis, quod ad uerbum ediscebatur, tam insigne mendũ hactenus à nemine fuisse animaduersum, quod equidem sciam. Sed utinam pauciora monstra laterent ac fallerent in optimis autoribus. In hoc pulcherrimo facinore libens exhorter eruditos, ut sese mutua operâ iuuent, nec inter se contentionibus amarulentis digladiantes, nec publicis studijs si quid fœliciter animaduerterint inuidentes, quemadmodũ hoc nunc damus: daturi plura, si uires animo respondeant.

MARCI

MARCI TVLLII CICERONIS Officiorum II. Libri finis.

ANNOTATIONES ALIQVOT SERMONUM ac uocum in II. Librum Officiorum.

Quemadmodum.) Pro quo pacto, secus positum est, quã cum dicimus, quemadmodum dies est, ita potens.

2 Ducerentur.) Venustius ducitur alicunde, quod inde proficiscitur.

3 Sequitur.) Tritius est, supereſt, reſtat, reliquum est, consequens est, ut de officio dicamus. Minus autem usitatum est, sequitur, in eodem sensu.

4 Maxime utile.) Cicero uidetur uitasse superlatiuum huius nominis, utilissimum, siue utillimum.

5 Nec me angoribus dedi.) Dat se uoluptatibus, aut dolori, qui non repugnat, sed sese permittit.

6 Ad Philosophiam retulissem.) Vt aliquò se confert, qui proficiscitur, ita se refert, qui redit, & repetit quod ante reliquerat.

7 Multum adolescens.) Nouitate uenusta nomini substantiuo addi solet aduerbium epitaseos: Admodum adolescens, admodum puer aut puella: Ne parum sane leno, nimium mater es. Sed hoc loco multum referendum est ad genitiuum temporis, interiectis in medio dictionibus nonnullis

8 Amicorum, & Reipublicæ temporis.) Nouum dixit tempus amicorum, & Reipublicæ, pro tempore, quo

re, quod amicorum, & Reipublicæ negotijs impendebatur.

9 Requies curarum.) Vt animi requies dicitur, ita & curarum requiem dixit, cum à curis quiescitur. Quasi dicas ocium mentis, & ocium studiorum, cum à studijs cessatur.

10 Aliquid acquirit.) Acquirere non est simpliciter aliquid nanciscì, sed adiungere potius his, quæ iam parta sunt.

11 Nos autem ut cæteri.) Ordo sermonis perturbatior est, & obscurus Amphibologia. Sic ordinari potest: Nos dissentientes ab his, nempe Stoicis, quia alia dicunt esse certa, alia incerta, sicut & cæteri Academici dissentiunt, dicimus alia probabilia, alia improbabilia. Et mox contrà posuit, pro uero siue uersus.

12 Quod me impediat.) Vetat me loqui usitate dicimus obstat mihi loqui, non ausim dicere. Cum autem impedire nihil aliud sit quàm impedimento esse: Noue dixit Cicero, impediat me sequi. Mollius & tritius est, impedit, quo minus sequar.

13 Causarum esset facta contentio.) Contentionem dixit pro comparatione, siue collatione. Sic numero 48. Libro II. Si ea res in contentionem ueniat.

14 Constitueret honestum.) Constitueret dixit, pro poneret.

15 Ad eam speciem traducenda.) Traducere dixit, pro in diuersam partem ducere, siue transferre, qd' uerbum

uerbum in hoc quidem sensu est usitatius.

16 Principes inueniendi fuerunt.) Principes dixit primos, sed noue addidit gerundium inuenicndi, sentiens primos inuentores.

17 Conspiratione hominum.) Cõspirationem usurpauit in bonam partem.

18 Nulla tam detestabilis.) Videbatur poscì, ut: Sed quoniam quæ non, resoluitur in, ut ea non, subiecit quæ, pro ut ea.

19 Artibus tribuuntur.) Operosis dictum uidetur ab opera, non ab opere. Operosum dicitur, qđ' multo opere, multoq; negocio constat. Hic operosas dixit, quod operis, non animi uiribus exerceantur.

20 Quibuscum congregamur.) Congregamur dictum est pro consuetudinem habemus, et idcirco addidit, cum quibus, ut dicimus, mecum habent consuetudinem.

21 Si quid importetur nobis.) Importetur incommodum. Noue dixit, pro inferatur.

22 Cum reflauit.) Reflare fortunam dixit, cum est aduersa, quemadmodum resistit, qui ex aduerso obstat: & repugnat, qui ex aduerso pugnat.

23 Aut spe sibi id utile futurum.) Noue nomini addidit uerbũ. Quis enim ausit ita loqui, uenio huc spe, te mecum iturum ad cœnam? Mollius tamen est, cũ additur, ducitur spe, ductus spe. Nam spes est pro spero satis usitatum.

Vel

24 Vel ad perpetuitatem.) Cum perpetuum ferè accipiatur pro continuo. Hic perpetuitatem usurpasse uidetur pro æternitate.

25 Compunctum nobis.) Cõpunctum dixit, undiq; notatum. Vnde uidentur Theologi dixisse compunctionem.

26 Desitum est enim uideri.) Pro desijt uideri.

27 Ex bellis transalpinis triumpharunt.) Triumphamus hostem, quem in triumpho ducimus, & triũphamus ex his unde triumphum referimus.

28 Capitur beneficijs.) Mirum cur non uitarit amphibologiam, nam capitur beneficijs, qui ducitur & delectatur beneficijs. Hic sentit beneuolentiam adipisci nos bene faciendo.

29 Amor multitudinis commouetur.) Commouetur pro excitatur, in bonam partem.

30 Capere consilium.) Dicitur non qui consulit alium, sed qui ipse reperit consilium,

31 Animi despicientia.) Noue dixit despicientiam, pro magnitudine, qua ĩfra nos posita contemnimus.

32 Ac mox.) Magis noue dixit, admirabilitatem facit, pro eo quod est usitatius, reddit hominem uehementer admirabilem.

33 Nec illi quidem.) Sunt qui dubitent, satis ne Latinum sit uti, uec si sequatur quidem. Hic tamen ita est locutus Cicero. Atque alijs quoque locis, ne quis causetur hic fuisse casũ: uelut Lib. II. numero LXIIII

nec illi quidem septem. Rursus numero septuagesimo tertio. Rursus numero Octogesimo septimo. Rursus LXXXIX. Item. XC. Item. CII. Item de Amicitia, numero XVIII. Rursus XX. Rursum de Senectute numero. XXVII. Item. XXVIII. ac mox. XXIX.

34 Lælius is, qui sapiens usurpatur.) Noue dixit, pro eo quod erat, cui usus tribuit cognomen sapientis.

35 Cum prohiberet iniuria.) Pro eo quod erat, defenderet ab iniuria.

36 Nam aliter iustitia non esset.) Aliter noue posuit, pro alioqui, quo modo usurpatur & aliàs. Nam secus, ad hunc modum non ausim usurpare.

37 Sed etiam collocandæ.) Collocatur opera, collocantur horæ: collocatur beneficium, collocatur & pecunia, quæ insumitur, aut impenditur, sed id magis fit nouum in oratione absoluta. Mollius est cum dicimus collocauit in nugis, collocauit in ingratum, male collocatum beneficium.

38 Tam diu laudabitur, dum, & cætera.) Videbatur quam diu magis responsurum ad tam diu. Et tamen hoc negligens subiecit dum.

39 In hominum ignoratione uersatur.) Noue dixit pro hominibus est ignota.

40 Benigne fit indigentib9.) Bene fit, quibus præstatur beneficium, pro quo Cicero noue dixit, benigne fit, impersonaliter.

41 Gratificandi.) Gratificandi dixit, quod Græci χαρίζεσθ

χαρίζεσθαι, non ad gratiam aliquid faciendi, sed præstandi beneficium.

42 Quæ te malum, inquit, ratio.) Malum hic uel aduerbium est, uel si malis, interiectio indignantis. Hoc non intelligens sciolus quispiam, ita locũ hunc in plerisque codicibus deprauarat: Quod te malum, inquit, rationis.

43 Sed diligenter atque moderate.) Diligenter hic usurpat non illo uulgari more, sed ut idem ualeat quod cum delectu.

44 Vt his ingratis esse non liceat.) Docent illud Grammatici, hoc genus sermonis trifariam efferri, non licet esse ingratis, non licet esse ingratos, non licet esse ingrati. Primum elegantissimum est, postremum durissimum.

45 Latissimè manare.) Dixit Cicero, sicut latissimè patet, sicut latissime spargitur.

46 Gratiam autem & qui reddiderit.) In locum huic affinem argutatur Aulus Gellius Libri primi capite IIII. Is ibi citatur ex oratione M. Tul. p Planco.

47 Gratum se uideri studet.) Vetusto more dixit, cum usitatius sit, qui gratus uideri studet.

48 Qui rem haberẽt.) Dixit absolute, pro diuitem esse: secus autem, cum dicimus, rem habet cum illo.

50 Nulla antea cum fuisset.) Annotanda est nouitas compositionis, nam simplicius erit, cum nulla antea fuisset.

51 *Expilatio direptioq; sociorum.*) Hoc annotaui, quod quidam putant expilandi uerbum non posse referri ad personam, sed duntaxat ad rem. Expilatur ærarium, hic uidemus & socios expilari.

52 *Quid? Qui eius, &c.*) Quid separandum est à reliquo sermone, habet enim nihil aliud quàm uehementiam orationis & excitat auditorem.

53 *Habere quæstui.*) Dixit, quemadmodum dicimꝰ habere risui, habere ludibrio. Quod tamen non item eadem liceat in cæteris omnibus.

54 *Optimates exterminarentur.*) Exterminare dixit in exiliũ abigere. Quo uerbo secꝰ utũtur theologi

55 *In Sicyonẽ attulisset.*) Si Sicyon hic est urbs, mirum est additam præpositionem more Græcorum.

56 *Ita perfectum est.*) Perfectum est, simpliciter usus est, pro factum est.

57 *Mox constituta concordia.*) Dixit pro facta, siue inita, siue constabilita. Nam aliàs constituta dicuntur, quæ decernuntur, aut præscribuntur.

58 *Ad sua uel tenenda, uel recuperanda obsit inuidia.*) Noue dixit, obsit ad hanc rem, quemadmodum dicimus conducit ad id.

59 *Valere, ut malis, quàm dives esse.*) Valere dixit absolute pro bene ualere, & attende cõpositionem, ualere ut malis, quasi Carmen sit, non Prosa oratio.

MARCI TVL-

MARCI TVLLII CICERONIS.

Officiorum Liber Tertius.

PVBLIVM SCIPIonem Marce fili eum, qui primus Aphricanus appellatꝰ est, dicere solitum scripsit Cato (qui fuit ferè eiꝰ æqualis) nunquam se minus ociosum esse quã cum ociosus: nec minus solum, quã cum solus esset. Magnifica vero vox & magno viro, & sapiente digna, quæ declarat illum & in ocio de negocijs cogitare, & in solitudine secum loqui solitum, vt neq; cessaret vnquã, & interdũ colloquio alterius non egeret. Itaq; duæ res, quæ languorem afferunt cæteris, illum acuebant, ocium & solitudo. Vellem & nobis hoc idem vere dicere liceret. Sed si minus imitatione tantam ingenij præstantiam cõsequi possumus, voluntate certe proxime accedimus. Nam & à Republica Forensibusq; negocijs, armis impijs, viq; prohibiti ocium persequimur. Et ob eam causam vrbe relicta, rura peragrantes sæpe soli sumus. Sed nec ocium hoc

Hic Hannibale pulso Aphricam fecit tributariã. Aequalis ad ætatẽ refertur. Decora contentio ac traductio.

Cessare, ꝑ ociari, aut nihil agere Acuere, ꝑ acriorẽ facere. Verecũde collationẽ ingreditur.

cum Aphricani ocio, nec hæc solitudo cum illa comparanda est. Ille enim requiescens à Republica pulcherrimis muneribus, ocium sibi sumebat aliquando, & à cœtu hominum, frequentiaq; interdum, tanquã in portum, se in solitudinem recipiebat. Nostrum autem ocium negocij inopia, nec requiescendi studio cõstitutum est. Extincto enim Senatu, deletisq; iudicijs, quid est quod dignum nobis aut in curia, aut in Foro agere possimus? Ita qui in maxima celebritate, atq; in oculis ciuium quõdam vixim9, nunc fugientes conspectum sceleratorum, quibus omnia redundant, abdim9 nos quantum licet, & sæpe soli sumus. Sed qa sic ab hominibus doctis accepimus, nõ solum ex malis minima oportere eligere, sed etiam excerpere ex his ipsis, si qd ineesset boni, propterea & ocio fruor, non illo quidem, quo debeat vti is, qui quondam peperisset ocium ciuitati: nec eam solitudinem languere patiar, quam mihi affert necessitas non voluntas. Quanq̃ Aphricanus maiorem laudẽ, vel meo iudicio, assequebatur, nulla tamen eius ingenij monumenta mandata literis, nullum opus ocij, nullum solitudinis, munus extat. Ex quo intelligi debet, illum mentis agitatione, inuestigationeq; earum rerum, quas cogitando cõ

Latenter suum ocium cõmendat.

sequebatur

sequebatur, nec ociosum, nec solum vnquã fuisse. Nos autem qui non tantum roboris habemus, vt cogitatione tacita à solitudine abstrahamur, ad hanc scribendi operam omne studium, curamq; conuertimus. Itaq; plura breui tempore euersa, quã multis annis stante Republica scripsimus. Sed cum tota Philosophia mi Cicero frugifera & fructuosa, nec vlla pars eius inculta ac deserta sit, tamen nullo feracior in ea locus est nec vberior, quã de officijs à quibꝰ constanter honesteq; viuendi præcepta ducuntur. Quare quanquã à Cratippo nostro, principe huius memoriæ Philosopho-rum, hoc te assidue audire, atque accipere cõfido, tamen conducere arbitror, talibus aures tuas vocibus vndiq; circunsonare, nec eas (si fieri possit) quicquã aliud audire. Quod cum omnibus est faciendum, qui vitam honestam ingredi cogitant, tamen haud scio an nemini potiꝰ quã tibi. Sustines enim non paruam expectationem imitandæ industriæ nostræ, magnam honorum, nonnullã fortasse nominis. Suscepisti onus præterea graue, & Athenarũ & Cratippi: ad quos cum tanquã ad mercaturam bonarum artium fis profectus, inanem redire turpissimum est, dedecorantem & vrbis autoritatem, & magistri. Quare quantũ con-

Sapiens neque otiosus unquã neq; solus.

Memoriæ, id est, ætatis. Loci cohortãdi primũ à retuas deinde ab expectatione, quam à sua Cratippi, quæ personã, tũ etiam à loco colligit.

Nonne dixit discendi, pro discere

niti animo potes, quantum labore contende, re (si discendi labor est potius quàm voluptas) tantum fac, vt efficias, nèue committas, vt cũ omnia suppeditata sint à nobis, tute tibi defu isse videare. Sed hæc hactenus. Multa enim sæpe ad te cohortandi gratia scripsimus. Nũc ad reliquam partem propositæ diuisionis re uertamur.

* *Publium Scipionem.*) Orditur à χρεία, & po terit hic locus esse exemplo τῶμ χρειῶν tractandarum.

Magnifica uox.) Laudat χρείαμ.

Nam & à.) Accommodat ad suum institutum.

Ille enim requiescens.) Dissimilitudo.

sed cum tota.) Commendatio dedicatioꝙ; operis.

Quod cum omnibus.) Exaggerat suasorijs locis.

¶ *Reprehensus Panætius, q, tria genera pollicitus, tertium non exoluerit. Ab alijs item notatus q, eam partem homo Stoicus induxerit, in qua diceretur cũ honestate pugnare utilitas, atq; à Cicerone defensꝰ.*

PAnætius igitur, qui sine controuersia de officijs accuratissime disputauit, quêm que nos correctione quadam adhibita potissimum secuti sumus, tribus generibꝰ pro positis, in quibus deliberare homines, & con sultare de officio solerent, vno cũ dubitarent honestũmne id esset, de quo ageretur, an tur pe, altero

pe, altero, vtilêne esset, an inutile, tertio, si id quod speciem haberet honesti, pugnaret cum eo, quod vtile videretur, quo modo ea discerni oporteret: de duobus generibus primis tribus Libris explicauit. De tertio autem genere deinceps se scripsit dicturum, nec exoluit id, quod promiserat. Quod eo magis miror, quia scriptum à discipulo eius, Possidonio est, triginta annis vixisse Panætium, posteaquam * eos libros ædidisset. Quem locum miror à Possidonio breuiter esse tactum in quibusdã commentarijs, præsertim cum scribat nullum esse locum in tota Philosophia tam necessarium. Minime vero assentior his, qui negant eũ locum à Panætio prætermissum, sed consulto relictum: nec omnino scribendum fuisse, quia nunquam posset vtilitas cum honestate pugnare, de quo alterum potest habere dubitationem, adhibendûmne fuerit hoc genus, quod in diuisione Panætij tertium est, an plane omittendum, alterum dubitari nõ potest, quin à Panætio susceptum sit, sed relictum. Nam q ê diuisione tripartita duas partes absoluerit, huic necesse est restare tertiam. Præterea in extremo libro tertio de hac parte pollicetur se deinceps esse dicturum. Accedit eodem testis locuples Possidonius, qui etiam scribit in qua-

* Aliis illos.

Nobilis illa Venus Apellis ea

pite tantũ absoluta, reliquo corpore delineata solum.

dam Epistola, P. Rutilium Ruffum dicere solere, q Panætium audiuerat, vt nemo Pictor esset inuentus, qui Veneris eam partem, quã Apelles inchoatam reliquisset, absolueret. Oris enim pulchritudo, reliqui corporis imitãdi speciem auferebat: sic ea, quæ Panætius prætermisisset, & non perfecisset, propter eorum, quæ perfecisset præstantiam, neminem esse prosecutum. Quamobrem de iudicio Panætij dubitari non potest. Rectêne autem hanc tertiã

Vnicũ bonum Stoici ponunt, Peripatetici ordinẽ bonorũ induxunt.

partem ad exquirendum officium adiunxerit an scelus, de eo fortasse disputari potest. Nam siue honestum solum bonũ est, vt Stoicis placet: siue quod honestum est, id ita summum bonum est (quemadmodum Peripateticis nostris videtur) vt omnia ex altera parte collata vix minimi momenti instar habeant, dubitandum non est, quin nunquã possit vtilitas cum honestate contendere. Itaq; accepimus Socratem solitum execrari eos, qui primum hæc natura cohærentia, opinione distraxissent. Cui quidem ita sunt Stoici assensi, vt hi quicquid honestum esset, id vtile esse censerent: nec vtile quicquã quod non honestum. Quod si is esset Panætius, qui virtutem propterea colendam diceret, q; ea efficiens vtilitatis esset, vt hi, qui res expetendas, vel voluptate, vel indolentia

lentia metiuntur, liceret ei dicere vtilitatem aliquando cum honestate pugnare. Sed cum sit is, qui id solum bonum iudicet, quod honestum sit, quæ autem huic repugnent specie q̃dam vtilitatis, eorum neq; accessione meliorem vitam fieri, nec discessione peiorem non videtur huiusmodi debuisse deliberationem introducere, in qua quod vtile videretur, cum eo quod honestum est, compararetur. Etenim 62
quod suum bonum à Stoicis dicitur, conueni enter naturæ viuere, id habet hãc (vt opinor) sententiam, naturam cum virtute congruere semper: cætera autem quæ secundam naturã essent, ita legere si ea virtuti nõ repugnarent. Quod cum ita sit, putant quidam hanc comparationem recte non esse introductã, nec omnino de eo genere quicquã præcipiendum fuisse. Atq; illud quidem honestum, quod proprie Vereq; dicitur, id in sapientibus est solis, neque à virtute diuelli vnquã potest. In his autem in quibus sapientia perfecta nõ est, ipsum illud quidem perfectum, honestum nullo modo esse, sed similitudines honesti esse possunt Hæc enim officia, de quibus his libris disputamus, media Stoici appellant, & ea communia sunt, & late patent, quæ & ingenij bonitate multi assequuntur, & progressione discendi. 63

Legere p̃ sumere, uel deligere.

Vera uirtꝰ in uno sapiente. Simulachra eius etiã in mediocribus.

Mesa & a diaphora.

Illud

Oēs numeros, id est, nulla pars deest.

Illud autem officium quod rectum ijdem appellant perfectum atq; absolutum est, & vtijdem dicunt, omnes numeros habet, nec præter sapientem cadere in quenquam potest. Cum autem aliquid actum est, in quo media officia compareant, id cumulate videtur esse perfectum, propterea quôd vulgus quid absit a perfecto, ferè non ex toto intelligit: quatenus autem intelligit, nihil putat prætermissum.

De artibus nemo recte iudicat nisi artifex, de uirtute nō nisi sapiēs.

Quod autem in poêmatib9, & in picturis vitia venit, in alijsq; compluribus, vt delectentur imperiti, laudentq; ea, quæ laudanda nō sint, ob eam credo causam, quod insit in his aliqui probi, quod capiat ignaros, qui quidem quid in vnaquaq; re vitij sit, nequeant iudicare. Itaq; cum sint docti à peritis, facile desistunt sententia. Hæc igitur officia, de quibus in his Libris disserimus, quasi secunda quædam honesta dicunt esse, non sapientum modo propria, sed cum omni hominum genere communia.

Docti participium.

Virtutis indoles. Decij pater et filiꝰ. Scipiōes fratres Fabricius uuri contē

Itaq; hi omnes, in quibus est virtutis indoles, commouentur. Nec vero cum duo Decij, aut duo Scipiones fortes viri commemorantur, aut cum Fabricius, aut Aristides iustis nominantur, aut ab illis fortitudinis, aut ab his iustitiæ tanquam à sapientib9 petitur exemplum. Nemo enim horum sic sapiens est, vt sapiens intellig

intelligi hic volumus. Nec hi, qui sapientes ha
biti sunt, & nominati, M. Cato, & C. Lælius sa
pientes fuerunt. Nec illi quidem septem, sed
ex mediorum officiorum frequentia similitu=
dinem quandam gerebant, speciêmque sapi=
entum. Quocirca nec id, quod vere honestum
est, fas est cum vtilitatis repugnantia compa=
rari, nec id quod communiter appellamus ho
nestum, quôdque colitur ab his, qui bonos vi
ros haberi se volunt, cum emolumentis vn=
quam est comparandum. Tâmque id honestũ
quod in nostram intelligentiam cadit, tuendũ
conseruandûmque est nobis, quâm id, quod
proprie dicitur, verêque est honestum sapien=
tibus. Aliter enim teneri non potest, si qua ad
virtutem est facta progressio Sed hæc quidẽ
de his, qui conuersatione officiorum existimã
tur boni. Qui autem omnia metiuntur emolu
mentis & cõmodis, neque ea volunt præpon=
derari honestate, hi solent in deliberando ho=
nestum cum eo, quod vtile putant, compara=
re, boni viri non solent. Itaque existimo Pana
tium cum dixerit homines solere in hac com=
paratione dubitare, hoc ipsum sensisse quod
dixerit, solere modo, non etiam oportere. Et e
nim non modo pluris putare, quod vtile vide
atur, quâm quod honestum; sed hæc etiam in

ptor. Ari=
stides Athe
nienſis, ob
abſtinentiã
iuſti cogno
mẽ meruit
Cato &
Læli9 ſapi
entes cog=
nominati. §
64
Vide num
ſit legendũ
cũ utili ut
repugnans
comparari
65
Epicurei.
Modo, pra
dunt exat.

ter se

terse comparare, & in his addubitare, turpissimum est. Quid est ergo quod nonnunquã addubitationem afferre soleat, considerandũq; videatur? Credo si quando dubitatio accidit, quale sit id, de quo consideretur. Sæpe enim tempore fit, vt quod plerunq; turpe haberi soleat, inueniatur non esse turpe. Exempli causa, ponatur aliquid quod pateat latius Quod potest esse maius scelus, quã non modo hominem, sed etiam familiarem occidere? Num igitur se obstrinxit scelere, si quis Tyrannum occiderit, quãuis familiarem? Populo quidẽ Romano non videtur, qui ex omnibus præclaris factis illud pulcherrimum existimat. Vicit igitur vtilitas honestatem, imò vero honestas vtilitatem secuta est.

Exponit quem habeat intellectum, cum honestas dicitur cum utilitate pugnare.

* *Panætius igitur.*) *Distributio continet Argumentum Tertij Libri. Nam hic præcipitur, quid sequendum, si utilitas cum honestate pugnet.*

Rectène autem hanc.) *Ociosa disputatio est, cum Stoici ne utile quidem quicq; dicant, quod nõ sit idem honestum. Cur Panætius dixerit utilitatem pugnare cum honestate. Cicero respondet, primum hic non de perfecto officio, sed de mediis disputari. Et tamen nõ medijs quidem officijs utilitatem esse iudicandam, si ab honesto disideat: posse autem quæri à mediocribus hominibus sæpe, an quod uidetur utile, sit re uera utile.*

In his

In his autem in quibus.) Et *sapientem illum suum Stoici & κατόρθωμα imaginatione tantum concipiunt, sicut perfectum Oratorem fingunt.*

Quod rectum.) Id *est*, κατόρθωμα.

¶ *Formula præscripta, ne quando nos falsa utilitatis specie ab honestate abducat, ut iustitiam uel solum, uel maximum bonum statuamus, iniustitiam malorum maximum: nihilq; ad priuatum commodū, sed ad communem societatem referantur omnia.*

ITaq; vt sine vllo errore dijudicare possímus, si quando cum illo quod honestum intellígimus, pugnare id videbitur, quod appellamus vtile, formula quædam disputandi constituenda est, quam si sequemur in comparatione rerum, ab officio nunquã recedemus. Erit autem hæc formula Stoicorum rationi disciplinæq; maxime cõsentanea, quam quidẽ in his libris propterea sequimur, quôd quanquã à veteribus Academicis, & Peripateticis nostris, qui quondam ijdem erant, qui Academici, qui quæ honesta sunt anteponũt his, quæ videntur vtilia: tamẽ splendidius hæc ab eis differuntur, quibus quicquid honestum est, idem vtile videtur: nec vtile quicquã, quod non honestum, quã ab his, quibus aut honestum aliquod non vtile, aut vtile non honestũ. Nobis autem nostra Academia magnam licenciam

Olim ijdem Academici & Peripatetici.

centiam dat, vt quocunq; maxime probabile occurrat, id nostro iure liceat defendere: sed re

Quoduis ĭ. cõmodũ potius accipiendũ quã ĭ iuste quid committendum.

deo ad formulam. Detrahere igitur aliquid alteri, & hominem hominis incommodo suum augere commodum, magis est contra naturã, quã mors, quã paupertas, quã dolor, quã cætera, quæ possunt aut corpori accidere, aut rebus externis. Nam principio tollit conuictum humanum, & societatem. Si enim sic erimus affecti, vt propter suum quisq; emolumentũ spoliet, aut violet alterum, disrumpi necesse est ea

Mira similitudo qua & D. Paulus utitur de societate membrorum iter se

quæ maxime est secundum naturam humani generis societatem. Vt si vnum quodq; membrum sensum hunc haberet, vt posse putaret se valere si proximi membri valetudinem ad se traduxisset, debilitari, & interire totum corpus necesse esset. Sic si vnusquisq; nostrum rapiat ad se commoda aliorum, detrahatq;, quã cuiq; possit emolumẽti sui gratia, societas hominum, communitasq; euertatur necesse est. Nam sibi vt quisq; malit, quod ad vsum vitæ pertineat, quàm alteri acquirere cõcessum est non repugnante natura. Illud quidem natura non patitur, vt aliorum spoliis nostras facultates, copias, opes augeamus. Neque vero hoc

Ratio naturæ, ius, gentium, ius ci

solum natura, id est, iure gentium, sed etiam legibus populorum, quibus in singulis ciuitatibus Reb

bus Reſpublicæ continentur, eodem modo cõ ſtitutum eſt, vt non liceat ſui commodi cauſa nocere alteri. Hoc enim ſpectant Leges, hoc volunt, incolumen eſſe ciuium coniunctionẽ. Quam, qui dirimunt, eos morte, exilijs, vinculis, damno coêrcent. Atq; hoc modo magis efficit ipſa naturæ ratio, quæ eſt lex diuina & hũana, cui parère, qui velit (omnes autem parebunt, qui ſecundũ naturam volent viuere) nunquam committet, vt alienum appetat, & & id quod alteri detraxerit, ſibi aſſumat. Etenim multo magis eſt ſecundum naturam excelſitas animi & magnitudo, itêmque comitas, iuſtitia, liberalitas, quàm voluptas, quàm vita, quàm diuitiæ. Quæ quidem cõtemnere, & pro nihilo ducere comparantem cum vtilitate communi, magni animi & excelſi eſt. De trahere autem de altero ſui commodi cauſa, magis eſt contra naturam quàm mors, quàm dolor, quã cætera generis eiuſdem. Itemq; magis eſt ſecundum naturam pro omnibus gentibus (ſi fieri poſſit) conſeruandis, aut iuuandis maximos labores moleſtiaſq; ſuſcipere, imitantem Herculem illum (quem hominum fama, beneficiorum memoria in concilio cœleſtium collocauit) quàm viuere in ſolitudine nõ modo ſine vllis moleſtijs, ſed etiam in ma-

uile, quod hic 66.

Leges populorum uocat.

Virtꝰ maxime ſecũdum naturam Hercules ob benefacta in genꝰ mortalium deus habitus.

ximis vo-

ximis voluptatibus, abundantem omnib9 cõ
pijs, vt excellas etiam pulchritudine & virib9.
Quocirca optimo quisque splendidissimoq3
ingenio longe illam vitam huic anteponit.

Cõplexio qualiscũq3 67

Ex quo efficitur, hominem naturæ obedientem, homini nocere non posse. Deinde qui alterum violat, vt ipse aliquid commodi consequatur, aut nihil se existimat contra naturam facere, aut magis fugiendam censet mortem, paupertatem, dolorem, amissionem etiam liberorum, propinquorũ, amicorum, quàm facere cuipiam iniuriam. Si nihil existimat contra naturam fieri in hominibus violandis, qd cum eo differas, qui omnino hominem ex homine tollat? Sin fugiendum id quidem censet, sed multo illa peiora, mortem, paupertatẽ, dolorem, errat in eo, quod vllum aut corporis, aut fortunæ vitium animæ vitijs grauius existimat. Ergo vnum debet esse omnibus propositum, vt eadem sit vtilitas vniuscuiusq3 & vniuersorum. Quam si ad se quisq3 rapiat, dissoluetur omnis humana consociatio. Atq3 si etiam hoc natura præscribit, vt homo hominũ quicũq3 sit, ob eam ipsam causam, q3 is homo sit, cõsultum velit necesse est secundũ eandem naturam omniũ vtilitatem esse communem. Quod si ita est, vna continemur omnes, & eadem lege

Societatis ius nõ modo cũ propinqs, sed etiam cum vniuersis ciuibus, 68 *postremo & cũ hospitibus seruandum.*

dem lege naturæ. Idq; ipsum (si ita est) certe vi olare alterum lege prohibemur. Verũ autem primum, verum igitur & extremum. Nam illud quidem absurdum est, quod quidam dicunt parenti se aut fratri nihil detracturos cõmodi sui causa, aliam rationem esse ciuium reliquorum, hi sibi nihil iuris, & nullam societatem communis vtilitatis causa, statuunt esse cum ciuib⁹, quæ sententia omnem societatem distrahit ciuitatis. Qui autem ciuium rationem dicunt esse habendam, externorũ negant, hi dirimunt communem humani generis societatem, qua sublata, beneficentia, liberalitas, bonitas, iustitia funditus tollitur. Quæ qui tollunt, etiam aduersũ deos immortales impij iudicandi sunt. Ab his enim constitutam inter homines societatem euertunt. Cuius societatis arctissimum vinculum est, magis arbitrari esse contra naturam, hominem homini detrahere sui commodi causa, quã omnia incommoda subire vel externa, vel corporis, vel etiã ipsius animi, quæ vacent iustitia. Hæc enim vna virtus omnium est domina, & regina virtutum. Fortasse quispiam dixerit, nõne igitur sapiens, si fame ipse conficiatur, abstulerit cibum alteri homini ad nullam rem vtili? Minime vero. Non enim mihi est vita mea vtilior,

Alienũ nihil usurpãdũ, nec si ei tra cuius quam iniuriam fieri potest.

vtilior, quã animi talis affectio, neminem vt violem commodi mei gratia. Quid si Phalerim crudelem Tyrannum, & immanem vir bonus, ne ipse frigore conficiatur, vestitu spoliare possit? Nonne faciat? Hæc ad iudicandum sunt facillima. Nam si quid ab homine ad nullam partem vtili, tuæ vtilitatis causa detraxeris, inhumane feceris, contraq; naturæ legem. Sin autem is tu sis, qui multam vtilitatẽ Reipublicæ atq; hominum societati, si in vita remaneas afferre possis, si quid ob eam causam alteri detraxeris, non sit reprehendendũ. Sin autem id non sit eiusmodi, suũ cuique incommodum ferendum est potius, quã de alterius commodis detrahendũ. Non igitur magis est contra naturã morbus, aut egestas, aut quid huiusmodi, quã detractio atque appetitio alieni. Sed communis vtilitatis derelictio contra naturam est. Est enim iniusta. Itaq; lex ipsa naturæ, quæ vtilitatem hominum cõseruat, & continet, decernit profecto vt ab homine inerti atq; inutili ad sapientem, bonũ, fortemq; virum transferantur res ad viuendum necessarias, qui si occiderit, multum de cõmuni vtilitate detraxerit. Modo hoc ita faciat, vt ne ipse de se bene existimans, sesecq; diligens, hanc causam habeat ad iniuriam. Itaq; semp officio

Homini ad nihil utili detrahere licet, si eò spectes ut societati p̃ sis, nõ propric tibi.

Causam id est, prætex

officio fungatur, vtilitati consulens homi- *tum, & cō*
num, & ei (quam ipse cōmemoro) humanæ so- *mentiam*
cietati. Nam quod ad Phalarim attinet, perfa- *defensionē*
cile iudicium est. Nulla est enim societas no-
bis cū Tyrannis, sed potius summa distractio
est: neq; est contra naturam spoliare eū si pos- *Efficax Ar-*
sis, quem honestum est necare. Atque hoc om- *gumentum*
ne genus pestiferum, atq; impium ex hominū *à maiore.*
cōmunitate exterminandum est. Etenim vt
membra quædam amputantur, si & ipsa san-
guine, & tanquā spiritu carere cœperunt, & no
cent reliquis partibus corporis: sic ista in figu-
ra hominis feritas, & immanitas beluæ à com
muni tanquā humanitate corporis segreganda est. Huius generis sunt quæstiones hæ, in
quibus ex tempore officium exquiritur. Eiusmodi igitur credo res Panætium persecuturū
fuisse, nisi aliquis casus, aut occupatio consiliū
eius peremisset. Ad quas ipsas consultationes
ex superioribꝰ libris satis multa præcepta sūt,
quibus perspici possit, quid sit propter turpitu-
dinem fugiendū: quid sit id, quod idcirco fu-
giendum non sit, quod omnino turpe non sit.
Sed quoniā operi inchoato, propē tamen ab- *Fastigiū id*
soluto, tanquam fastigium imponimus: Vt est, *summā*
Geometræ solent non omnia docere, sed po- *manum, ab*
stulare vt quædam sibi concedantur, quo faci- *ædificijs*

Translatũ, quibꝰ perfectis conꝰ aliquis imponitur in summo.

lius quæ velint explicent: Sic ego à te postulo mi Cicero, vt mihi concedas (si potes) nihil præter id quod honestum sit, esse propter se expetendum: Sin hoc non licet propter Crassippum, at illud certe dabis, quod honestũ sit, id esse maxime propter se expetendum. Mihi vtrumuis satis est, & tum hoc, tum illud probabilius videtur, nec præterea quicquam probabile. At primum Panætiꝰ in hoc defendendꝰ est, quod non vtilia cum honestis pugnare aliquãdo posse dixerit. Neque enim ei fas erat, sed ea, quæ videntur vtilia. Nihil vero vtile, quod non idem honestum: nihil honestũ, qđ non idem vtile sit, sæpe testatur: negatq; vllã pestem maiorem in vitam hominũ inuasisse, quàm eorũ opinionem, qui ista distraxerint. Itaq; non vt aliquando anteponeremus vtilia honestis, sed vt ea sine errore dijudicaremus, si quando incidissent, induxit eam, quæ videretur esse, non quæ esset, repugnantiam. Hanc igitur partem relictam explebimus, nullis adminiculis, sed (vt dicitur) Marte nostro. Neque enim quicquam de hac parte post Panætium explicatum est, quod quidem mihi probaretur de his, quæ in manus nostras venerunt.

Marte nostro.

Prouerbialiter à militia transLatũ, ubi

* *Detrahere igitur aliquid.*) *Summa utilitas hominum est*

num est conseruatio societatis humanæ. Proinde cen fendum est inutile esse quicquid lædit societatem. At iniustitia lædit societatẽ, ergo nulla ex ea potest col ligi utilitas. Et primum de iniustitia dicit, postea de utilitatibus pugnantibus cum reliquis uirtutibus.

Vt si unumquodque.) Similitudo.

Iure gentium.) Ius gentium est ratio & cõmunis sensus hominum. Leges populorum, suum cuiusq; ciuitatis ius est.

Etiam aduersus Deos.) Amplificat á religione.

Etenim ut membra.) Similitudo.

so Marte rem gerere dicebantur, q nullis auxiliarib9 copijs adiuti committerent.

¶ *Ne qua nos commoditas quantàuis cum summa etiam impunitate coniuncta permoueat, ut uel tantillum ab honesto recedamus, sine quo nihil non perniciosum.*

QVum igitur aliqua species vtilitatis obiecta est, nos commoueri necesse est. Sed si cum attenderis, turpitudinem videas adiunctam ei rei, quæ speciem vtilitatis attulerit, tnm nõ vtilitas relinquenda est, sed intelligendum vbi turpitudo sit, ibi vtilitatem esse non posse. Quod si nihil est tam contra naturam, quã turpitudo (recta enim et conuenientia, & constantia natura desiderat, aspernaturq́ꝫ contraria) nihilq́ꝫ tam secundũ naturam, quã vtilitas, certe in eadem re vtilitas & turpitudo esse non potest. Itemq́ꝫ si ad

honestatem nati sumus, eaq; aut sola expetenda est (vt zenoni est visum) aut certe omni pondere grauior est habenda, quã reliqua omnia, quod Aristoteli placet, necesse est quod honestum sit, id esse aut solum, aut summum bonum: quod autem bonum, id certe vtile. Ita quicquid honestum, id vtile. Quare error hominum non proborum, cum aliquid quod vtile visum est arripuit, id cõtinuo secernit ab honesto. Hinc sicæ, hinc venena, hinc falsa testamenta nascuntur, hinc furta, hinc peculatꝰ, expilationes, direptionesq; sociorum & ciuiũ. Hinc opum nimiarum potentiæq; non ferendæ. Postremo etiam in liberis ciuitatibus existunt regnandi cupiditates, quibus nihil nec tetrius, nec fœdius excogitari potest. Emolumẽta enim rerum fallacibus iudicijs vident, pœnam (non dico legum, quas sæpe perrumpũt) sed ipsius turpitudinis (quæ acerbissima est) non vident. Quamobrem hoc quidem deliberantium genus pellatur ẽ medio (Est enim totum sceleratũ & impium,) qui deliberant, vtrũ id assequantur, quod honestũ esse videant, an se scientes scelere cõtaminent. In ipsa enim dubitatione facinus inest, etiam si ad id non peruenerit. Ergo ea deliberanda omnino non sunt, in quibus est turpis ipsa deliberatio. Atq; etiam

Turpis utilitas oĩm scelerum parens.

Turpitudo p se fugienda, etiam summa impunitate p posita.

Turpi in re, turpis e

etiam in omni deliberatione cælandi, & occultandi spes, opiniôq́ ea remouenda est. Satis enim nobis (si modo in Philosophia aliquid profecim⁹) persuasum esse debet, si omnes deos, hominesq́ cælare possimus, nihil tamen nobis auare, nihil iniuste, nihil libidinose, nihil incontinenter esse faciendum. Hinc ille Gyges inducitur à Platone, qui cum terra discessisset magnis quibusdam imbribus, in illũ hiatum descendit, æneumq́ equum (vt ferunt Fabulæ) animaduertit, cui⁹ in lateribus fores essent, quibus apertis, hominis mortui vidit corpus magnitudine inusitata, anulumq́ aureum in digito, quem vt detraxit, ipse induit, erat autem regius pastor. Tum in conciliũ pastorum se recepit, ibi cũ palam eius anuli ad palmam conuerterat, â nullo videbatur, ipse autẽ omnia videbat. Idem rursus videbatur, cũ in locũ anulum inuerterat. Itaq́ hac opportunitate anuli vsus reginæ stuprũ intulit, eaq́ adiutrice regem dominũ interemit, sustulitq́, quos obstare arbitraretur. Nec in his quisquã eũ facinoribus potuit videre. Sic repente anuli beneficio rex exortus est Lydiæ. Hunc igitur ip̃m anulũ si habeat sapiens, nihilo plus sibi licere putet peccare, quã si non haberet. Honesta enim bonis viris, nõ occulta quæruntur. Atq́

tiam ipsa deliberatio Aurea præceptio & sem- 71 per in pectore gestanda Lib. II. Republic. Fabula Gigis Platonici, quẽ habeat sensũ. σφενδόνη pala, massa qua anuli gemma clauditur.

obscura compositionem

Cui rei Fabulæ fingãtur, nempe ut exẽpla ꝓponantur

hoc loco Philosophi quidam minime mali illi qdem, sed non satis acuti fictam, & cõmenticiam Fabulam dicunt prolatam â Platone, quasi vero ille aut factũ id esse aut fieri potuisse defendat. Hæc est vis huius anuli, & huius exempli, si nemo sciturus, nemo ne suspicaturus quidem sit, cum aliquid diuitiarum, potentiæ, dominationis, libidinis causa feceris, si id dijs hominibusq; futurum sit semper ignotũ, sis ne facturus? Negant id fieri posse, quamq̃ potest id quidẽ. Sed quæro quod negant posse, id si posset, quidnam facerent? Vrgent rustice sane, negant enim posse, & in eo ꝑstant: hoc verbum (si) quid valeat non vident. Cum enim quærimus, si possint celare, quod facturi sint, nõ quærimus, possint ne cælare, sed tanquam tormenta quædam adhibemus, vt si responderint se impunitate proposita facturos, quod expediat, facinorosos se esse fateantur: si negent, omnia turpia per se ipsa fugienda esse, concedant. Sed iam ad propositum reuertamur. Incidunt sæpe multæ causæ, quæ cõturbant animos vtilitatis specie, non cum hoc deliberetur relinquendàne sit honestas propter vtlitatis magnitudinem (nam id quidem improbum est) sed illud, possit ne id, quod vtile videatur, fieri non turpiter. Cum Collatino

Tarqui-

Tarquinio collega Brutus imperium abrogabat, poterat videri facere id iniuste: fuerat enim in Regibus expellendis socius Bruti, consiliorum etiam adiutor Cum autem consiliũ hoc principes cœpissent, cognationẽ Superbi, nomẽque Tarquiniorum, & memoriam regni esse tollendam, quod erat vtile patriæ consule re, id erat ita honestum, vt etiam ipsi Collatino placere deberet. Itaq; vtilitas valuit propter honestatem, sine qua nec vtilitas quidem esse potuisset. At in eo rege, qui vrbem condidit non ita. Species enim vtilitatis animũ pepulit ei9, cũ visum esset vtilius solum se, quàm cum altero regnare, fratrem interemit. Omisit hic & pietatem, & humanitatem, vt id quod vtile videbatur, neque erat, assequi posset, & tamen muri causam opposuit speciem honestatis, nec probabilem, nec sane idoneam. Peccauit igitur, pace vel Quirini, vel Romuli dixerim.

In Collatino propter iuidiam nominis eiectio, qs publicæ utilitati cõsultũ est ne hõestas quidẽ abfuit Rhomulus ut solus imperaret Rhemum fratrẽ occidit, hanc q dẽ causam prætexens quòd mœnia contra legem transiliisset Romulus Quirinus.

** Quare error hominum.*) Rhetorice amplificat errorem hominum taxans.

Satis enim nobis.) Exaggerat honesta propter se non propter famam deligenda. Turpia uitanda propter sese, uel si ignominia aut pœna nulla sequeretur

Hinc ille Gyges.) De Gyge locus est apud Platonem II. πολιτεῶν.

Ibi cum

Ibi cum palam.) *Pala, massa qua anuli gemma tegitur.*

Incidunt sæpe.) *Exemplum.*

¶ *Proprijs commodis quatenus cuique inseruire permissum.*

NEc tamen nostræ nobis vtilitates omittendæ sunt, alijs tradendæ, cum his ipsi egeam?, sed suæ cuiq; vtilitati, quod sine alterius iniuria fiat, seruiendum est. Scite Chrysippus, vt multa, qui stadium (inquit) cucurrerit, eniti & contendere debet, quām maxime possit, vt vincat, supplantare eum, qui cū certet, aut manu depellere nullo modo debet. Sic in vita sibi quenque petere, quod pertineat ad vsum non iniquum est, alteri detrahere, ius non est.

Apophthegma

¶ *Formula in amicitijs, ut semper honestati cedat beneuolentia amici, fides præstetur, etiam maximis incommodis proposuis. Communibus in rebus tanti charitati amicorum tribuatur, quantū religio & honesti ratio patitur. Cæterum ne qua res turpis, aut petatur ab amico, aut præstetur petenti.*

MAxime autem perturbantur officia in amicitijs, quib9 & non tribuere, qđ recte possis, & tribuere, qđ non sit æquum, contra officium est. Sed huius generis totius breue & non difficile præceptum est.

Quæ

Quæ enim videntur vtilia, honores, diuitiæ, voluptates, & cætera generis eiusdem, hæc amicitiæ nunq̃ anteponenda sunt. At neq; contra Rempublicam neque contra iusiurandum ac fidem amici sui causa vir bonus faciet, ne si iudex quidem erit de ipso amico. Ponit enim personam amici, cum induit iudicis Tantum dabit amicitiæ vt verã amici causam esse malit, vt orandæ litis tempus, quoad per leges liceat accommodet. Cum vero iurato dicenda sententia sit, meminerit Deum se adhibere testem id est, (vt arbitror) mentem suã, qua nihil homini dedit ipse Deus diuinius. Itaq; præclarum à maioribus accepimus morem rogãdi iudicis, si eum teneremus, quæ salua fide facere possit. Hæc rogatio ad ea pertinet, quæ paulo antè dixi, honeste amico à iudice posse concedi. Nam si omnia facienda sint, quæ amici velint, non amicitiæ tales sed coniuratio nes putandæ sunt. Loquor autem de communibus amicitijs. Nam in sapientibus viris, atq; perfectis, nihil potest esse tale. Damonem, & Pythiam Pythagoreos ferunt hoc animo interse fuisse, vt cum eorum alteri Dionysius tyrannus diem necis destinauisset, & is, qui mortis addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum causa postulauisset, vas factus est alter

Cõmodanda dũ amicis, sed citra aras.

Quatenus obsequẽdũ amicis.

Mali eqdẽ ad ampliationẽ q̃ ad clepsidrarũ numerũ referre.

Iudex qđ salua fide præstare nõ possit, ne rogandus quidem est.

Fides amico præstanda 74.

Damon et Pythias mo bile par a micorum.

* Aliàs reuertisset ad diem.

est alter eius sistendi, vt si ille non * reuertisset, moriendũ esset sibiipsi. Qui cum ad diem se recepisset, admiratus corũ fidem tyrannus, petiuit vt se in amicitiam tertium ascriberent. Cum igitur id quod vtile videtur in amicitia, cũ eo quod honestum est comparatur, iaceat vtilitatis species, valeat honestas. Cum autem in amicitia quæ honesta non sunt, postulabuntur, religio & fides anteponantur amicitiæ, & sic habebitur is, quem exquirimus delectus officij.

Iaceat pro negligatur

* *Maxime autem perturbantur.*) *In amicitia quãtum utilitati amicorum tribuendum sit, scite Pericles: usque ad aras gratificandum amicis.*

Ponit enim personam.) *Similitudo, ut in iudicijs tam diu amici causam tueatur, dum per Leges licet: ita in alijs rebus ea præstet, quæ fas est.*

Damonem & Pythiam.) *Exemplum.*

¶ *In publicis consultationibus semper honestum falsa utilitati potius habendum, neque consilium vllum uideri utile oportere, quod cum honesto pugnet. Atque huius rei utranque in partem Exempla.*

In Corintho delẽda, falsa utilitatis species fefellit Rõa

SEd vtilitatis species in Republica sæpissime peccatur, vt in Corinthi disturbatione nostri. Duri⁹ enim Athenienses, qui sciuerũt, vt Aeginetis (qui classe valebãt) pollices

pollices præciderentur, hoc visum est vtile (nimis enim imminebat propter propinquitatē Aegina Piræo) sed nihil quod crudele, vtile. Est enim hominum naturæ (quam sequi debemus) maxime inimica crudelitas. Male etiā, qui peregrinos vrbib⁹ vti probent, eôsque exterminant, vt Penus apud patres nostros, Papius nuper. Nam esse pro ciue, qui ciuis nō sit, rectum est non licere, quam tulerunt legem sapientissimi consules Crassus & Sceuola. Vsu vero vrbis prohibere peregrinos, sanè inhumanū est. Illa præclara in quibus publicæ vtilitatis species præ honestate contemnitur. Plena Exemplorū est nostra Respublica cū sæpe aliàs, tū maxime bello Punico secundo, quæ Cannensi calamitate accepta, maiores anios habuit, quàm vnq̄ reb⁹ secundis. Nulla timoris significatio, nulla mentio pacis. Tanta vis est honesti, vt speciē vtilitatis obscuret. Athenienses cū Persarum impetū nullo modo possent sustinere, statuerèntque vt vrbe relicta, cō iugibus, & liberis Trœzene depositis, naues cōscenderent, libertatêmque Græcię classe defenderent, Cyrsilum quendam suadentem, vt in vrbe manerent, Xerxemq́ꝫ reciperent, lapidib⁹ cooperuerunt. Atqꝫ ille sequi vtilitatem videbatur. Sed ea nulla erat repugnante honestate.

nos: nihil enim utiliter fit, qd crudeliter.

Aegina insula è regione 75.

Atticæ Pireꝰ portus Athenarū.

Aliter Petronius.

Cannensi à Cānis uico Apuliæ ubi Paulus Aemiliꝰ fuit cū innumerabili ciuiū, et sociorū Romanorū multitudine cæsus Trœzē in Pelopōneso in sinu Argoli-

co qua oli Possidonia dicta. Cyrsilũ, alij Lycidã fuisse scribunt. Historia ẽ apd' Demosthenẽ ἐν τῷ περὶ στεφάνου λόγῳ. *Sic sic accipiendi erãt q nũc tyrãnis nostris oĩa uel turpissima suadẽt modo q̃stuosa Cytheũ nobile nauale Lacedæmoniorũ. In altero notatus Pom*

state. Themistocles post victoriam eius belli, quod cum Persis fuit, dixit in concione se habere consiliũ Reipublicæ salutare, sed id scire opus non esse, postulauit, vt aliquem populus daret, qui cũ communicaret Datus est Aristides, huic ille classem Lacedæmoniorum, quæ subducta esset ad Gytheum clàm incendi posse, quo facto, frangi Lacedæmoniorũ opes necesse esset. Quod Aristides cũ audiuisset, in concionem magna expectatione venit, dixitq́ perutile esse consilium, quod Themistocles afferret, sed minime honestum. Itaq́ Athenienses, quod honestũ non esset, id ne vtile quidem putauerunt, totamq́ eam rem, quam ne audiuerant quidem, autore Aristide repudiauerunt. Meli⁹ hi q̃ nos, qui piratas immunes, socios vectigales habemus. Maneat ergo qd' turpe sit id nunq̃ esse vtile, ne tum quidem, cũ id quod vtile esse putes, adipiscare. Hoc enim ipsum vtile putare, quod turpe sit, calamitosum est,

* *Cyrsilum quendam.) Historia recensetur à Demosthene* περὶ στεφάνου τὸν δ' ὑπακούειν τοῖς ἐπιτατομένοις ἀπεφηνάμενον κυροίλον κατλιθώσαντες οὐ μόνον αὐτὸν ἀλλὰ καὶ αἱ γυναῖκες αἱ ὑμετέραι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ.

Melius hi quàm nos.) Pompeius diuisit piratas in colonias

colonias, Cæsar Campanorum agrum diuisit.

¶ *In contractibus communibus, quæ formula honesti & utilis. Fingit autem speciem quandam iureconsultorum more, deq; ea duos Stoicos diuersa sentientes, quorum alter ad Stoicam rationem omnia refert, alter ex hominum consuetudine & iure ciuili moderatur.*

SEd incidunt (vt supra dixi) sæpe causæ, cum repugnare vtilitas honestati videatur, vt animaduertendum sit, repugnèt-ne planè an possit cum honestate coniungi. Eius generis hæ sunt quæstiones. Si (exempli gratia) vir bonus ab Alexandria ad Rhodum magnũ frumenti numerũ aduexerit, in Rhodiorũ inopia, & fame, summaq; annonæ caritate, si idem sciat complures mercatores ab Alexandria soluisse, naueisq; in cursu frumento onustas petentes Rhodum viderit, dicturũne sit id Rhodijs, an silentio suum q̃ plurimo venditurus? Sapientem & bonum virum fingimus, de eius deliberatione & consultatione quærimus, qui cælaturus Rhodios non sit, si id turpe iudicet, sed dubitet an turpe nõ sit. In huiusmodi causis aliud Diogeni Babylonio videri solet, magno & graui Stoico, aliud Antipatro discipulo eius homini acutissimo. Antipatro omnia patefaciẽda, vt ne quid om

peius, q ex Piratis à se uictus, aliquot milia p colonias diuisit, in altero Cæsar, q Campanorũ agros distribuit.

Soluisse neutraliter, id est, nauigasse.

Festiuus dialogismus inter Diogenem et Antipatrum.

P nino

nino quod venditor norit, emptor ignoret. Diogeni venditorem quatenus iure ciuili constitutum sit, dicere vitia oportere, cætera sine insidijs agere, & quoniã vendat, velle q̃ optime vendere: Aduexi, exposui, vendo meum non pluris quàm cæteri, fortasse etiam minoris, cum maior est copia, cui sit iniuria? Exoritur Antipatri ratio ex altera parte. Quid agis? tute cum hominibus consulere debeas, & seruire humanæ societati, eaq; lege natus sis, & ea habeas principia naturæ, quibus parere, & quæ semp sequi debeas, vt vtilitas tua cõmunis sit vtilitas, vicissimq; cõmunis vtilitas tua sit vtilitas, cælabis homines quid his adsit cõmoditatis, & copiæ? Respondebit Diogenes fortasse sic: Aliud cælare, aliud est tacere: neque ego nunc te cælo, si tibi non dico quæ natura deorum sit, quis sit finis bonorũ, quæ tibi plus prodessent cognita, quàm tritici vtilitas. Sed non quicquid tibi audire vtile est, id mihi dicere necesse est. Imò vero (inquiet ille) necesse est. Siquidem inter homines naturæ memini sti coniunctam societatem. Memini, inquiet ille. Sed num ista societas talis est, vt nihil suũ cuiusque sit? Quod si ita est, ne vendendũ quidem quicquam est, sed donandum. Vides in hac tota disceptatione non illud dici, quàmuis

hoc turpe

hoc turpe sit tamen quoniam expedit faciam Sed ita expedire, vt turpe non sit. Ex altera autem parte ea re, quia turpe sit non esse faciendum. Vendat ædes vir bonus propter aliqua vitia, quæ ipse norit, cæteri ignorent. Pestilentes sint, & habeantur salubres, ignorentur in omnibus * cubiculis apparere serpentes, male materiatæ, ruinosæ, sed hoc præter dominũ nemo sciat, quæro si hoc emptorib9 venditor non dixerit, ædesq́ vendiderit pluris multo, quàm se venditurũ putarit, num id iuste, aut improbe fecerit? Ille vero (inquit Antipater) improbe facit. Quid enim est aliud erranti viã non monstrare, quod Athenis execrationib9 publicis sancitum est: si hoc non est emptorem pati ruere, & per errorem in maximã fraudem incurrere? Plus etiam est, quàm viam nõ monstrare. Nam est scientem in errorem alterum inducere. Diogenes contrà: Num te emere coêgit, qui ne hortat9 quidem est? Ille quod nõ placebat proscripsit, tu quod placebat emisti. Quod si qui proscribunt villam bonam, beneq́ ædificatam, non existimantur fefellisse, etiã si illa nec bona est, nec ædificata ratione, multo minus igitur, qui domum non laudarunt. Vbi enim iudicium emptoris est, ibi fraus venditoris quæ potest esse? Sin autem dictum nõ

Ignorẽtur

Quidã cubilibus legunt pro latebris.

Publicæ execrationes Atheniensium in eos, qui uiã erranti non monstrassent.

Tabula rerum uenalium.

omne præstandum est, quod dictum non est, id præstandum putas? Quid vero est stultius, q̃ venditorem eius rei, quã vendat, vitia narrare? Quid autem tam absurdum, quàm si domini iussu ita præco prædicet, domũ pestilentem vendo? Sic ergo in quibusdam causis dubijs ex altera parte defenditur honestas, ex altera vtilitas, ita de vtilitate dicitur, vt id quod vtile videatur, non modo honestũ facere sit, sed etiam non facere, turpe. Hæc est illa, quæ videtur vtilium fieri cum honestis, sæpe dissensio.

Præco auctionarius.

* *In huiusmodi causis.*) *Diuersæ Philosophorum sententiæ ac rationes recitantur.*

Quid enim aliud.) *Obserua Exemplum Atheniensium, qui execrari soliti sunt eos, qui erranti uiam non monstrarent.*

¶ *Superiori altercationi Philosophorum suam interponit sententiam, omnino uiro bono neque simulandum esse quicquam, neq; dissimulandum sui commodi causa, etiam si mos, legésque ciuiles quædam reticeri non uetent.*

QVæ dijudicanda sunt. Non enim vt quæreremus exposuimus, sed vt explicaremus. Non igitur videtur nec frumentarijs ille Rhodius, nec hic ædium venditor cælare emptores debuisse. Neque enim

id est

id est cælare, cum quid reticeas, sed cum quod tu scias, id ignorare emolumenti tui causa velis eos, quorum interfit id scire. Hoc autem cælandi genꝰ quale sit, & cuius hominis, quis nō videt? Certè non aperti, non simplicis est, nō ingenui, non iusti, non viri boni, versuti potiꝰ, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, veteratoris, vafri. Hæc tot & alia pluta, nônne inutile est vitiorum subire nomina? Quod si vituperandi sunt, qui reticuerunt, quid de his existimandum est, qui orationis vanitatem adhibuerunt? Caius Cannius eques Romanus homo nec infacetus & satis literatus, cum se Syracusas ociandi (vt ipse dicere solebat) non negociandi causa contulisset, dictitabat se hortulos aliquos velle emere, quò inuitare amicos, & vbi se oblectare sine interpellatoribꝰ posset. Quod cum percrebuisset, Pythius ei quidam, qui argentariam faceret Syracusis, dixit venales quidem se hortos nō habere, sed licere vti Cannio (si vellet) vt suis, & simul ad cœnam hominem in hortos inuitauit in posterum diem. Cum ille promisisset, tum Pythius, vt argentarius, qui esset apud omnes ordines gratiosus, piscatores ad se cōuocauit, & ab his petiuit, vt ante suos hortulos postera die piscarentur, dixitq; quid eos facere vellet. Ad cœ-

Aliud celare, aliud reticere.

Turpe cælare quod est, turpius mentiri quod nō est.

Fabula p q̃ amœna, 11 quo astu Græculus Cannio im posuerit.

nam tempore venit Cannius. Opíparè à Pythio apparatum erat conuiuium. Cymbarum ante oculos multitudo. Pro se quisq; quod coperat afferebat, ante pedes Pythij pisces abijciebantur. Tum Cannius, quæso, inquit, quid est hoc Pythi? Tantûmne piscium, tantûmne cymbarum? Et ille: Quid mirum, inquit, hoc loco est, Syracusis quicquid est piscium. Hic aquatio, hac villa istac carere non possunt. Incensus Cannius cupiditate cõtendit à Pythio, vt venderet. Grauate ille primo. Quid multa? Impetrat. Emit homo cupidus & locuples, tanti quanti Pythius voluit, & emit instructos. Nomina facit, negocium conficit. Inuitat Cannius postridie familiares suos. Venit ipse mature. Scalmum nullum videt. Quærit ex proximo vicino, num feriæ quædam piscatorum essent, quod eos nullos videret? Nullæ, quod sciam, inquit ille, sed hic piscari nulli solent. Itaq; heri mirabat quid accidisset. Stomachari Cannius, sed quid faceret? Nondum enim Aquillius collega & familiaris meus protulerat de dolo malo formulas. In quibus ipsis cum ex eo quærerem quid esset dolus malus, respondebat, cum esset aliud simulatum, aliud actum. Hoc quidem sanè inculenter (vt ab homine perito definiendi.) Ergo & Pythius, & omnes

Grauate uel grauatim inuitus erat, 78

Nomina facit & debitorem sibi constituit.

Formulas iuris.

Quod dolo malo gestũ est, id in integrũ restitui oportet.

omnes aliud agentes, aliud simulantes, perfi-
di, improbi, malitiosi sunt. Nullum igitur fa-
ctum eorum potest vtile esse, cum sit tot vitijs
inquinatum. Quod si Aquiliana definitio ve-
ra est, ex omni vita simulatio, dissimulatioq; tollenda est. Ita nec vt emas meli9, nec vt ven-
das quicquam, simulabit aut dissimulabit vir bonus. Atque iste dolus malus etiam legibus erat vindicatus, vt tutela XII tabulis, & circū-
scriptio adolescentium lege * Latoria, & fine lege, iudicijs, in quibus ex bona fide additur. Reliquorū autem iudiciorum hæc verba ma-
xime excellunt in arbitrio rei vxoriæ melius, æquius in fiducia, vt inter bonos bene agier. Quid ergo? Aut in eo quod meli9 æquius est, potest vlla pars inesse fraudis? Aut cū dicitur inter bonos bene agier, quicquam agi dolose aut malitiose potest? Dolus autem malus si-
mulatione & dissimulatione (vt ait Aquilius) continetur. Tollendum est igitur ex rebus con-
trahendis omne mendacium, non in licitato-
rem venditor, nec qui contra se liceatur, emp-
tor apponet. Vterque si ad eloquendum vene-
rit, nō plus quàm semel eloquetur. Q. quidem Scæuola P. filius, cum postulasset, vt sibi fun-
dus, cuius emptor erat, semel indicaretur, idq; venditor ita fecisset, dixit se pluris æstimare,

tet. Circū-
scribere.
Circūueni-
re. Circū-
ducere. Alē
ter plecto-
ria. Bonæ
fidei iudi-
cia. Melius
æquius. In-
ter bonos
bñ agier.
Verba sūt
solēnia, qui
b9 in nego
cijs bonæ
fidei utebā
tur. Noua
Scæuolæ
in emendo
integritas.
79. Indica
retur, id ē,
æstimare-
tur. Semel
id est, ut sic

tim summũ preciũ eloqueretur. Simile ẽ uendere minoris q̃ possis, et emere pluris quàm possis.

80. addidit centum milia. Nemo est qui hoc viti boni fuisse neget, sapientis negant, vt si minoris quàm potuisset, vendidisset. Hæc igitur est illa pernicies, quòd alios bonos, alios sapientes existimant. Ex quo Ennius: Nequicquam sapere sapientem, qui sibi ipse prodesse nequiret. Vere id quidem, si quidem id esset prodesse, mihi cum Ennio conuenirent Hecatonem quidem Rhodium discipulum Panætij video in his libris, quos de officijs scripsit, Q. Tuberoni dicere sapientis esse nihil contra mores, Leges, instituta facientem, habere rationem rei familiaris. Neque enim solum nobis diuites esse volumus, sed liberis, propinquis, amicis, maximeq; Reipublicæ. Singulorum enim facultates & copiæ, diuitiæ sunt ciuitatis. Huic Scæuolæ factum (de quo paulò ante dixi) placere nullo modo potest. Etenim omnino tantum se negat facturum compendij sui causa, quod non liceat. Huic nec laus maxima tribuenda est, nec gratia. Sed siue & simulatio & dissimulatio dolus malus est, perpaucæ res sunt, in quibus dolus iste malus non versetur: Siue vir bonus est is, qui prodest quibus potest, nocet nemini, recte istum virum bonum non facile reperiemus. Nunc igitur est vtile peccare, quia semper est turpe, & quia semper est honestum vi-

Ex Ennij Medea.

Cõpendiũ id est, lucrum.

stum virum bonum esse, semper est vtile. Ac de iure quidem prædiorum sancitum est apud nos iure ciuili, vt in his vendendis vitia etiam dicerentur, quæ nota essent venditori. Nam cum ex duodecim tabulis satis esset ea præstari, quæ essent lingua nuncupata, quæ qui infici atus esset, duplicem pœnam subiret, à iurecon sultis etiam reticentiæ pœna est constituta. Quicquid enim esset in prædio vitij, id statue runt si venditor sciret, nisi nominatim dictum esset, præstari oportere. Vt cum in arce augu rium augures acturi essent, iussissentq; Titum Claudiũ Centimalum, qui ædes in Cælio mõ te habebat, demoliri ea, quorum altitudo offi ceret auspicijs. Claudius proscripsit Insulam et vendidit, emit P. Calphurnius Lanarij. Huic ab auguribus illud idem denunciatum est. Itaq; Calphurnius cum demolitus esset, cog nouisset q; Claudium ædes postea proscripsis se, * q̃ esset ab auguribus demoliri iussus, ar bitrum illum adegit, quicquid sibi de ea facere oporteret, ex fide bona. M. Cato sententiam dixit. Huius nostri Catonis pater (vt enim cæ teri ex patribus, sic hic qui illud lumen proge nuit, ex filio est nominandus) Is igitur iudex ita pronunciauit, cũ in venundando rem eam sciisset, & non pronunciasset, emptori damnũ

Lingua nũcupata, ueterum iurisprudentiũ sermo.

In Claudio reticentia pro dolo malo 8r. damnata.

* *Aliàs quas.*

Arbitrum adegit, id ẽ uocauit ad arbitrum.

præstari oportere. Igitur ad fidem bonam statuit pertinere notum esse emptori vitium, qđ nosset venditor. Quod si recte dijudicauit, nõ recte frumentarius ille, non recte ædium pestilentiũ venditor tacuit. Sed huiusmodi reticentiæ iure ciuili omnes comprehendi nõ possunt. Quæ autem possunt, diligenter tenentur. M. Marius Gratidianꝰ propinquus noster C. Sergio Oratæ vendiderat ædes eas, quas ab eodem ipse paucis ante annis emerat. Hæ Sergio seruiebant, sed hoc in mancipio Marius nõ dixerat: Adducta res in iudicium est. Oratam Crassus, Gratidianum defendebat Antonius. Ius Crassus vrgebat, quod vitium venditor non dixisset, sciens id oportere præstari. Aequitatem Antonius, quoniam id vitiũ ignotum Sergio non fuisset, qui illas ædes vendidisset, nihil fuisse necesse dici, nec eũ esse deceptum, qui id quod emerat, quo iure esset teneret. Quorsum hæc? Vt illud intelligas, non placuisse maioribus nostris astus. Sed aliter leges, aliter Philosophi tollunt astutias. Leges, quatenus manu tenere res possunt. Philosophi, quatenus ratione & intelligentia. Ratio igitur hoc postulat, ne quid insidiose, ne quid simulate, ne quid fallaciter. Sunt ne igitur insidiæ, tendere plagas, etiam si excitaturus bestiam non

seruiebant id est, debebant seruitutem. Rigor iuris.

Aequitas, inde dixit urgebat, id est premebat.

Quid inter Leges, & Philosophorũ dogmata.

ſtiam non ſis, nec agitaturus. Ipſe enim feræ nullo inſequente ſæpe incidunt. Sic tu cum ædes proſcribas, tabulam tanq̃ plagam ponas, domum propter vitia vendas, in eum aliquis incurrat imprudens. Hoc quanq̃ video propter deprauationem conſuetudinis, neq; more turpe haberi, neq; aut lege ſanciri, aut iure ciuili, tamen naturæ lege ſancitum eſt. Societas eſt enim (quod & ſi ſæpe dictum eſt, dicendum tamen eſt ſæpius) latisſime quidem quæ pateat, omnium inter omnes, interior eorum, qui eiuſdem gentis ſunt, propior eorum, qui eiuſdem ciuitatis. Itaq; maiores aliud ius gentiũ, aliud ius ciuile eſſe voluerunt. Quod enim ciuile, nõ idem continuo gentium, quod autem gentium, idem ciuile eſſe debet. Sed nos veri iuris germanæq; iuſtitię ſolidam et expreſſam effigiem nullam tenemus, vmbra & imaginibus vtimur, eas ipſas vtinam ſequeremur. Feruntur enim ex optimis naturæ & veritatis exemplis. Nam quanti verba illa? Vti ne propter te, fidêmue tuam capt⁹ fraudatûſue ſim? Quâm illa aurea? Vt inter bonos bene agi oportet, & ſine fraudatione. Sed qui ſint boni, & quid ſit bene agi, magna quæſtio eſt. Q. quidem Scæuola pontifex maximus ſummam vim eſſe dicebat in omnib⁹ ijs arbitrijs, in quibus ad-

82 obſeruia particulam eam

83 *Ius gentiũ ius Ciuile cõtinet, nõ cõtra. Iuris formulæ à diuina & naturali ratiõe ductæ*

bus adderetur, ex fide bona. Fideiq; bonæ nomen existimat manare latissime. Idq; versari in tutelis, societatibus, fiduciis, mandatis, rebus emptis, venditis, conductis, locatis, quibus vita societas continetur. In his magni esse iudicis statuere, præsertim cum in pleriscq; essent iudicia contraria quid quenque cuique præstare oporteret. Quocirca astutiæ tollendæ sunt, eâque malicia, quæ vult illa quidem videri se esse prudentiam, sed abest ab ea distâtque plurimum. Prudentia est enim locata in delectu bonorum & malorum, malitia si omnia quæ turpia sunt, & mala sunt, mala bonis * anteponit. Nec vero in prædijs solum ius ciuile ductum à natura, malitiam fraudêmqñe vindicant, sed etiam in mancipiorũ venditiõe, venditoris fraus omnis excluditur. Qui enim scire debuit de sanitate, de fuga, de furtis, is præstat edicto ædilium. Hæredum alia est causa. Ex quo intelligitur quoniã iuris natura fons sit, hoc secundum naturam esse, neminem id agere, vt ex alterius prædetur insciti a. Nec vlla pernicies vitæ maior inueniri potest, q̃ in malitia simulatio intelligentiæ. Ex quo illa innumerabilia nascuntur, vt vtilia cũ honestis pugnare videantur. Quotus enim quisq; reperietur, qui impunitate & ignoratione omnium

In mãcipijs id ẽ, seruis et ancillis quæri solet an sana, an fugitiua, an furacia est.

* *Vetustissimũ exemplar habet ponit ante*

propositã

ptopoſita abſtinere poſſit iniuria? Periclite-
mur (ſi placet) & in his quidem Exemplis, in
quibus peccare vulgus hominum fortaſſe nõ
putat. Neq; enim de ſicariis, veneficis, teſta- 84
mentariis, furibus, peculatoribus hoc loco diſ
ſerendum eſt, qui non verbis ſunt & diſputa-
tione Philoſophorum, ſed vinculis & carcere
fatigandi. Sed hæc conſideremus, quæ faci- 85
unt hi, qui habentur boni. L. Mutij Baſilij lo-
cupletis hominis falſum teſtamentum quidẽ Teſtamẽtũ
ẽ Græcia Romam attulerunt. Quod quò faci- falſum.
lius obtinerent, ſcripſerunt hæredes ſecum M Notati
Craſſum, Q. Hortenſium, homines eiuſdem Craſſus &
ætatis potentiſſimos, qui cum illo falſum eſſe Hortenſij
ſuſpicarentur, ſibi autem nullius eſſent con-
ſcij culpæ, alieni facinoris munuſculum non re
pudiauerunt Quid ergo? Satin hoc eſt, vt nõ
deliquiſſe videantur? Mihi quidem non vide
tur, quanq; alterum amaui viuum, alterum nõ
odi mortuum. Sed cum Baſilius M. satyrium
ſororis filium nomen ſuum ferre voluiſſet, eũ
q; feciſſet hæredem, hunc dico patronum a-
gri Piceni, & Sabini (ò turpem notam tempo
rum illorum) non erat æquum principes ciuis
rem habere, ad Saytrium nihil præter nomen
peruenire. Etenim ſi is, qui non defendit in-
uriam, neq; propulſat à ſuis, cum poteſt, in-

iuſte fa-

iuste facit vt in primo Libro differui, qualis ha
bendus est is, qui non modo non repellit sed
Hæredipetæ turpes. etiam adiuuat iniuriam? Mihi quidem etiam
veræ hæreditates nõ honestæ videntur, si sint
malitiosis blanditijs officiorum, non veritate,
sed simulatione acquisitæ. Atqui in talibus re
bus aliud vtile interdum, aliud honestum vi-
86 deri solet falsõ. Nam eadem vtilitatis quæ ho
nestatis est Regula, qui hoc non peruiderit, ab
hoc nulla fraus aberit, nullũ facinus. Sic enim
cogitans: Est istud quidem honestũ, verũ hoc
expedit, res â natura copulatas audebit errore
diuellere, qui fons est fraudũ, maleficiorum,
sceleru omnium. Itaq; si vir bonus habeat
Supini & quibus loq non liberet digitulo crepitãtes qppiã significabant. hanc vim, vt si digitis concrepuerit, possit in
locupletum testamenta nomen eius irrepere,
hac vi non vtatur, nec si exploratum quidem
habeat, id omnino neminem vnq̃ suspicatu-
rũ. At si dares hanc vim M. Crasso, vt digito-
rum percussione hæres posset scriptus esse, qui
reuera non esset hæres, in foro mihi crede, sal-
87 taret. Homo autem iustus, & is quem sentim⁹
virum bonum, nihil cuiq̃ quod in se transfe-
rat, detrahet. Hoc qui admiratur, is se quis sit
vir bonus, nescire fatetur. At vero si quis vo-
luerit animi sui complicatam notionem euol-
uere, iam se ipse doceat eum virum bonũ esse,
qui pro-

qui prosit, quibus possit, noceat nemini, nisi lacessitus iniuria. Quid ergo? Hic non nocet, q quodam quasi veneno perficiat, vt veros hæredes moueat, in eorum locum ipse succedat? Non ergo faciat, dixerit quis, quod vtile sit, quôdque expediat? Imò intelligat nihil nec expedire nec vtile esse, quod sit iniustum. Hoc qui non didicerit, bonus vir esse non poterit.

Notionem formam et speciem dicit.

88

Fimbriam consularem audiebā de patre nostro puer iudicem M. Lutatio Pythiæ fuisse equiti Romano sanê honesto, quum is sponsionem fecisset, ni bonus vir esset. Itaq; ei dixisse Fimbriam se illam rem nunq̃ iudicaturum, ne aut spoliaret fama probatum hominem, si cōtra iudicasset, aut statuisse videretur virum bonum aliquem esse, cum ea res innumerabilib⁹ officijs & laudibus contineretur. Huic igitur viro bono, quem Fimbria etiam, non modo Socrates nouerat, nullo modo videri potest quicq̃ esse vtile, quod non honestum sit. Itaq; talis vir non modo facere, sed nec cogitare q̃dem quicq̃ audebit, quod non audeat prædicare. Hæc nônne est turpe dubitare Philosophos, quæ ne rustici quidem dubitent? à quib⁹ natum est id quod iam tritum est vetustate ꝓuerbium: Quum enim fidem alicuius bonitatemq; laudant, dignum esse dicunt, qui cū in

De patre, pro à patre inusitatius.

Exaggeratio est à Socrate ad Fimbriam, à Fimbria ad rusticos.

89. *Lusus genus erat micatio, digitis repente motis.*

tenebris

Cicero de diuinatiõe:

tenebris mices Hoc quam habet vim nisi illã nihil expedire quod nõ deceat, etiam si id possis, nullo refellente obtinere. Vidêsne igitur *Quid est enim fors?* hoc Prouerbio, neq; Gygi illi posse veniã dari, neq; huic quem paulô ante fingebam digitorum percussione hæreditates omnium posse conuertere. Vt enim quod turpe est, id quã *Idem pro pemodum quod mica re, quod talos iacere, quod tesseras.* uis occultetur, tamen honestũ fieri nullo modo potest, sic quod honestum non est, id vtile vt sit, effici non potest, aduersante etiam & repugnante natura. At enim cum permagna *Citat idem Adagiũ et in se cũdo de Finibus Lib.* præmia sunt, est causa peccandi. C. Marius cũ â spe consulatus longæ abesset, & septimũ annum post præturam faceret, neq; petiturus vnquam consulatum videretur, Q. Metellum, cui ius legatus erat, summum virum, & ciuem, cũ *Notatus Marius qui consulatus gratia ab officio recesserit.* ab eo Imperatore suo Romam missus esset, apud populum Romanum crimmatus est, bellum illud ducere, si se consulem fecissent, breui tempore aut viuum, aut mortuum Iugurtham se in potestatem populi Romani redacturum. Itaq; factus est ille quidem consul, sed 90 â fide iustitiaq; discessu, qui optimum & grauissimum ciuem, cuius legatus, & à quo missus esset, in inuidiam falso crimine adduxerit. *Notatus Gratidianus, q colle garũ communẽ gratiã*

Nec noster quidem Gratidianus officio boni viri functus est, tunc cum prætor esset, collegiũmque

ũmque prætorum tribuni plebis adhibuissent, vt res * numeraria de communi sententia cõstitueretur. Iactabatur enim temporibus illis nummus, sic vt nemo posset scire quid haberet. Conscripserunt cõmuniter edictũ cum pœna atque iudicio, constitueruntq́, vt omnes simul in rostra post meridiem conscenderent, & cæteri quidem alius aliò. Marius à subsellijs in rostra rectâ, idq́ quod cõmuniter compositũ fuerat solus edixit, & ea res (si quæris) ei magno honori fuit. Omnibus vicis statuæ factæ, ad eas thus & cerei. Quid multa? Nemo vnquã multitudini fuit charior. Hæc sunt quæ cõturbant homines in deliberatione nõnunquam, cum id in quo violatur æquitas, non ita magnum, illud autem quod ex eo paritur, per magnum videtur: vt Mario, præripere collegis & tribunis plebis popularem gratiam, nõ ita turpe, consulem ob eam rem fieri, quod sibi tunc proposuerat, valde vtile videbatur. Sed omnium vna Regula est quam cupio tibi esse notissimam. Aut illud quod vtile videtur, turpe ne sit: aut si turpe est, ne videatur esse vtile. Quid igitur? Possumûsne aut illũ Marium virum bonum iudicare, aut hunc? Explica atq́ excute intelligentiam tuam, vt videas quæ sit in ea species, forma & notio viri bo-

tiam ad se pprie transtulit.

** Aliàs nũmaria.*

Vt cum admirationẽ, ni mauis.

Et, qd' alij scribunt.

Explica, nam superius cõplicatam dixit notionem.

ni Cadit ergo in virum bonum mentiri emolumenti sui causa, criminari, prępripere, fallere? Nihil profecto minus. Est ergo vlla res tanti, aut commodum vllum tam expetendum, vt viri boni & splendorem & nomen amittas? Quid est quod afferre tantum vtilitas ista, quę dicitur, possit? Quantum auferre, si boni viri nomen cripuerit, fidem iustitiamq; detraxerit? Quid enim interest vtrum ex homine se conuertat quis in beluam: an hominis figura immanitatem gerat beluæ? Quid? Qui omnia recta & honesta negligunt, dummodo potentiam consequantur? Nonne id faciunt, qđ is, qui etiam socerum habere voluit eũ, cuius ipse audacia potens esset? Vtile ei videbatur plurimũ posse alterius inuidia. Id q̃ iniustũ in patriam, q̃ inutile, q̃ turpe esset, non videbat. Ipse autem socer in ore semper Græcos versũ Euripidis de Phœnissis habebat, quos dicam vt potero, incondite fortasse, sed tamen vt res possit intelligi

Pompeius notatus, qui turpi consilio Cæsarẽ affinem ad iuxerit ducta eius filia. 92

Euripidẽ carmẽ à Cæsare usurpatũ. 93

Nam si violandum est ius, regnandi gratia
Violandum est, aliis rebus pietatem colas.

Capitalis Eteocles, vel potius Euripides, qui id vnum solum, quod omnium sceleratissimũ fuerat, exceperit. Quid igitur minuta colligimus? Hæreditates, mercaturas, venditiones fraudu-

fraudulentas? Ecce tibi qui rex populi Romani dominusq; omnium gentium esse concupierit, idq; perfecerit. Hanc cupiditatem si quis honestam esse dicit, amens est. Probat enim legum & libertatis interitum, earumq; oppressionem tetram & detestabilē, gloriosam putat. Qui autem fatetur honestum non esse, in ea ciuitate quæ libera fuerit, quæq; esse debeat, regnare, sed ei, qui id facere possit esse vtile, qua hūc obiurgatione, aut quo potius cōuitio à tanto errore coner auellere? Potest em̄ (dij immortales) cuiq̄ esse vtile, fœdissimum, & teterrimum parricidium patriæ, q̄uis is, qui eo se obstrinxerit, ab oppressis ciuib9 parens nominetur. Honestate igitur dirigenda vtilitas est, & quidem sic, vt hæc duo verba inter se discrepare, re vnum sonare videantur. Nunc abeo ad vulgi opinionem. Quæ maior vtilitas, quàm regnandi esse possit? Nihil contra inutilius ei, qui id iniuste consecutus sit, inuenio, cum ad veritatem cœpi reuocare rationē. Possunt enim cuiquam esse vtiles angores, solicitudines, diurni, & nocturni metus? Vita insidiarum periculorumq; plenissima?

ἀδικεῖν χρῆ τυραννίδος περὶ κάλλιστον ἀδικεῖν τ' ἄλλαδ' εὐσεβεῖν χρεών.

Cæsar parēs patriæ appellat9, sed ab oppressis.

At Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.

Multi iniqui atq; infideles regno, pauci sunt boni, inquit Accius. At cui regno? Quod à 94.
Tantulo & Pelope proditum iure obtineba-

tur. Nam quanto plures ei regi putas, qui cũ exercitu populi Romani Populum ipsum Romanũ oppressissẽt ciuitatemq; non modo liberam, sed etiã gentibus imperantem, seruire sibi coẽgissẽt? Hũc tu quas conscientiæ labes in animo censes habuisse? Quæ vulnera? Cuius autem vita ipsi potest vtilis esse, cum eius vitæ ea conditio sit, vt qui illã eripuerit in maxima & gratia futurus sit, & gloria? Quod si hæc vtilia nõ sunt, quæ maxime videntur, qa plena sunt dedecoris ac turpitudinis, satis persuasum esse debet, nihil esse vtile, qd̃ non honestum sit. Quanq̃ id quidem cũ sæpe alias, tũ Pyrrhi bello à C. Fabricio consule iterum, & à senatu nostro iudicatum est. Cum enim rex Pyrrhus populo Romano bellum vltrò intulisset, cumq; de imperio certamen esset cũ rege generoso ac potente, perfuga ab eo venit in castra Fabricij, eiq; est pollicitus, si præmiũ ei proposuisset, se vt clàm venisset, sic clàm in Pyrrhi castra rediturum, & cum veneno necaturum. Hunc Fabricius reducendũ curauit ad Pyrrhum, idq; eius factũ à Senatu laudatum est. Atqui si speciem vtilitatis opinionemq; quærimus, magnum illud bellum perfuga vnus, & grauem aduersarium imperij sustulisset: sed magnũ dedecus & flagitium, qui cum laudis certamen

Historiæ à Pyrrhi medico Epistolam Fabricio missam narrãt

certamen fuisset, eum non virtute, sed scelere superatum. Vtrum igitur vtilius, vel Fabricio qui talis in hac vrbe, qualis Aristides Athenis fuit, vel Senatui nostro, qui nunq̃ vtilitatem à dignitate seiunxit, armis cum hoste certare an venenis? Si gloriæ causa imperium expetendum est, scel⁹ absit, in quo non potest esse gloria. Sin ipsæ opes expetuntur, quoquo modo non potuerunt esse vtiles cũ infamia. Non igitur vtilis illa L. Philippi Q. filij sentẽtia. Quas ciuitates L. Scylla pecunia accepta ex senat⁹ consulto liberauisset, vt hæ rursus vectigales essent, neq; his pecuniam, quam pro libertate dederant, redderemus. Ei senatus est assens⁹. Turpe imperio, Pyratarum em̃ melior fides, quàm senatus. At aucta vectigalia Vtile igitur. Quousq; audebunt dicere, quicq̃ vtile qd̃ non honestũ? Potest autem vlli imperio, qd̃ gloria debet fultum esse & beneuolentia sociorum, vtile esse odium & infamia? Ego etiam cum Catone meo sæpe dissensi. Nimis enim mihi videbatur pręfracte ærarium vectigaliaq; defendere: omnia publicanis negare, multa socijs, cum in hos benefici esse deberemus cũ illis sic agere, vt cũ colonis nostris soleremus. Eoq; magis quòd illa ordinum cõiunctio ad salutem Reipublicæ pertinebat. Male etiã Cu

Turpis eõ que neq; utilis L. Philippi sententia.

Cato perstrictus.

97

Turpis oratio Curij. *Vincat utilitas.*

rio, cum causam Transpadanorũ æquam esse dicebat, semper autem addebat, vincat vtilitas, potius diceret, non esse æquam, quia non esset vtilis Reipublicæ, quàm cum vtilem esse diceret, non esse æquam fateretur.

* *Nomina facit.*) *Nomina facit, debita contrahit.*

Non licitatorem.) *Licitator, der etwas feylscht.*

Nequicquam sapere sapientem.) μισῶ σοφισὴν ἥτις οὐχ αὑτῷ σοφός.

C. Sergio Oratæ.) *Require hoc ex I. de Oratore.*

Sed qui sint boni.) *Inter bonos bene agi.*

Vt si digitis concrepuerit.) *Digitorum percussione. Prouerbium, id est, leui momento.*

Qui cum in tenebris.) *Micare digitis, ludi genus est Cicero de diuinatione.*

¶ *Formulas aliquot & rogatiunculas colligit non inamœnas, in quibus uidetur aliud hortari utilitas, aliud honestas.*

PLenus est sextus libet de officijs Hecatonis talium quæstionum. Sit ne boni viri in maxima caritate annonæ familiam non alere? In vtranq; partem disputat, sed tamen ad extremum vtilitate vt putat officium dirigit, magis quã humanitate. Quærit si in mari iactura facienda sit, equi ne precioſi potius iacturam faciat, an seruuli vilis? Hic aliô tes familiaris, aliô ducit humanitas. Si tabulã de nau-

de naufragio ſtultus arripuerit, extorquebit ne eam ſapiens, ſi potuerit? Negat quia ſit iniurium Quid dominus nauis eripietne ſuum? Minime. Non plus, quã ſi nauigantem in altum eijcere de naui velit, quia ſua nõ ſit. Quo ad enim peruentum ſit eõ, quò ſumpta nauis eſt, non domini eſt nauis ſed nauigantium. Quid ſi in vna tabula ſint duo naufragi æque ſapientes, ✻ ſibi vterq; rapiat an alter cedat alteri? Cedat vero, ſed ei cui magis interſit vel ſua, vel Reipublicæ cauſa viuere. Quid ſi hæc paria in vtroq; ſint? Nullum erit certamen, ſed q̃ſi ſorte, aut in dimicando victus alteri cedat alter. Quid ſi pater fana expilet? Cuniculos agat, ad ærarium indicẽtne id magiſtratibus filius? Nefas id quidem eſt quin etiam defendat patrem ſi arguatur. Igitur non patria præſtat omnibus officijs? Imò vero, ſed ipſi patriæ conducit pios habere filios in parentes. Quid ſi tyrannidem occupare, ſi patriam prodere conabitur pater, ſilebitne filius? Imo vero obſecrabit patrem, ne id faciat, ſi nihil proficiet, accuſabit. Minabitur etiam. Ad extremum ſi ad perniciem patriæ res ſpectabit, patriæ ſalutem anteponet ſaluti patris. Quærit etiã ſi ſapiens adulterinos nummos acceperit imprudens p bonis, cum id reſciuerit, ſoluturũne ſit eos, ſi

Sumpta, conducta, Vetus Exemplar, ſibi uter rapiat.

Agere cuniculos, ut ante agere rimas.

cui debeat ꝑ bonis? Diogenes ait, Antipater negat, cui potiꝰ assentior. Qui vinũ fugiẽs vendat sciens, debeâtne dicere? Non necesse putat Diogenes. Antipater viri boni existimat. Hæc sunt quasi controuersię in iure Stoicorũ. In mancipio vendendo dicendâne vitia? Nõ, ea, quæ nisi dixeris redhibeatur mancipiũ iure ciuili. Sed hæc, mendacem esse, amatorem, aleatorem, furacem, ebriosum, alteri dicenda videntur, alteri non dicenda videntur. Si quis aurũ vendens orichalcum se putat vendere, in dicet ei ne vir bonꝰ aurum illud esse, an emat denario, quod sit millenarium? Perspicuũ est iam, & qd mihi videatur, & quæ sit inter eos philosophos, quos nominaui, controuersia. Pacta & promissa sempẽrne seruãda sint, quæ nec vi, nec dolo malo (vt prætores dicere solent) facta sint? Si qs medicamentũ cuipiam dederit, ad aquã intercutem, pepigeritq; si eo medicamento sanus factꝰ esset, ne illo vnquã pôst vteretur. Si eo medicamento sanus factꝰ sit, & annis aliquot pôst inciderit in eundem morbum, nec ab eo, qui cũ pepigerit impetret, vt item eo liceat vti: quid faciendum sit, cum sit is inhumanus, qui non concedat vti, nec ei quicquã fiat iniuriæ? Vitæ & saluti cõsulendũ est. Quid si quis sapiens rogatus sit ab eo, qui

Fugiens, quod dura turum non sit.

Redhibitio cum uendi torem em ptor preci um recipit uerbum est iurisconsul ticium.

Aquã inter, quæ Hydrops aut hydropisis.

heredem

hæredem faciat, cum ei testamento sestertium millies relinquatur, vt antequam hereditatem adeat, luce palâm in foro saltet, idq; se facturũ promiserit, quod aliter eum hæredem scripturus ille non esset, faciat quod promiserat ille, nec ne? Promisisse nollem, & id arbitror fuisse grauitatis: sed quoniam promisit, si saltare in foro turpe ducet, honestius mentietur, si ex hereditate nihil ceperit quàm si ceperit: nisi fortè eam pecuniam in Reipublicæ magnũ aliq; tempus contulerit, vt vel saltare eum, cum patriæ consulturus sit, turpe non sit. At ne illa quidem promissa seruanda sunt, quæ non sunt ab his ipsis vtilia, quib⁹ illa promiseris. Sol Phaëtonti filio (vt redeam⁹ ad Fabulas) facturum se esse dixit, quicquid optasset. Optauit vt in currum patris tolleretur. Sublatus est, atque is antequam constitit, ictu fulminis deflagrauit. Quanto melius fuerat, in hoc promissum patris nõ esse seruatum. Quid quod Theseus exigit promissum à Neptuno, cui cum tres optationes Neptunus dedisset, optauit interitum Hippolyti filij sui, cum is patri suspectus esset de nouerca, quo optato impetrato Theseus in maximis fuit luctibus. Quid? Agamemnõ cum deuouisset Dianę, quod in suo regno pulchertimum natum esset, illo anno immolauit

De Sole et Phaëtonte filio.

De Theseo et Neptuno.

optatum

De Agamemnone & filia immolata.

Iphigeniam, qua nihil erat eo qdem anno na tum pulchrius, promissum potius non faciendum, quã tam tetrum facinꝰ admittendũ fuit. Ergo & promissa non facienda nonnunquã, neqꝫ semp depositа reddenda sunt. Si gladiũ qs apud te sana mente deposuerit, repetat insaniens, reddere peccatum sit, non reddere officium. Quid si is, qui apud te pecuniam depo suerit, bellum inferat patriæ, reddèsne depositum? Non credo. Facies enim contra Remp. quæ debet esse clarissima. Sic multa, quæ natura honesta uidentur esse, temporibꝰ fiunt nõ honesta. Facere ꝓmissa, stare conuentis, reddere depositа, cõmutata vtilitate fiunt honesta. At de his quidem, quæ videntur esse vtilitatis contra iustitiam simulatione prudentiæ, satis arbitror dictum. Sed quoniam à quatuor fontibus honestatis primo Lbro officia duximus, in eisdem versemur, cum docebimus ea, quæ videntur esse vtilia, neque sint virtuti inimica. Ac de prudentia qdem quam vult imitari malitia, itèmque de iustitia (quæ semper est vtilis) disputatum est.

98

DE FORTITVDINE.

RElíquæ sunt duę partes honestatis, quarum altera in animi excellentis magnitudine, & præstantia cernitur, altera in confor-

conformatione & moderatione continentiæ & temperantiæ. Vtile videbatur Vlyssi, vt q-dam Poëte Tragici prodiderunt. Nam apud Homerum optimũ autorem, talis de Vlysse nulla suspicio est, sed insimulant eum Tragœdiæ simulatione insaniæ militiam subterfugere voluisse. Non honestum consilium. At vtile, vt aliquis fortasse dixerit, regnare, & Ithacę viuere odiose, cum parentibus cum vxore, cum filio. An vllum tu decus in quotidianis periculis & laboribus cum tranquillitate hac conferendum putas? Ego vero istam cõtemnendam & abijciendam, quoniam quæ honesta nõ sit, ne vtile quidem esse arbitror. Quid enim auditurum putas fuisse Vlyssem, si in illa simulatiõe pseuerasset, qui cũ maximas res gesserit in bello tamen hæc audiat ab Aiace:

Cuius ipse princeps iurisiurandi fuit,
Quod omnes scitis, solus neglexit fidem.
Furere assimulauit, ne quô iret, institit.
Quod ni Palamedis perspicax prudentia,
Istius percepisset malitiosam audaciam,
Fide sacratum ius perpetuo falleret.

Illi vero non modo cum hostibus, verum etiam cum fluctibus, id quod fecit, dimicare melius fuit, quã deserere consentientem Græciã ad bellum Barbaris inferendum. Sed omittamus &

Vlysses ne ad Troiam iret, furorem simulauit, agrum proscissum sale serens.

99 *Palamedes odoratꝰ illius astutiam, filium eius, q̃ sulcus ducendus erat obiecit. Vlysses arte aratrũ suspendit. Itaque detecta fraus, cuiꝰ rei memor Vlysses, po 100 stea Palamedem falsò crimina*

tus oppref sit. Ex tragœdia quapiã senarij sũt.

tamus & Fabulas, & externa, ad rem faciam, nostramq; ventamus. M. Attilius Regulus, cũ consul iterum in Aphrica, ex insidijs captꝰ esset, duce Xantippo Lacedæmonio, Imperatore autem patre Hannibalis Halmicare, iuratꝰ missꝰ est ad senatum, vt nisi essent redditi Pœnis captiui nobiles quidam, rediret ipse Carthaginem. Is cum Romam veniisset, vtilitatis speciem videbat, sed eam (vt res declarat) falsam iudicauit. Quæ erat talis, manere in patria, esse domi suæ, cum vxore, cum liberis, quam calamitatem accipisset in bello, cõmunem fortunæ bellicæ iudicantem, tenere consularis dignitatis gradum. Quis hæc neget esse vtilia? Quæ censes? Magnitudo animi & fortitudo negat? Num locupletiores quæris autores? Harum enim est virtutum proprium nihil extimescere, omnia humana despicere; nihil qd̃ homini accidere possit intolerandũ putare. Itaq; quid fecit? In senatũ venit, mandata exposuit, sententiã ne diceret, recusauit, quandiu iureiurando hostium teneretur, non esse se senatorem Atq; illud etiam (ô stultum hominem dixerit quispiam, & repugnantem vtilitati suæ) reddi captiuos, negauit esse vtile. Illos enim adolescentes esse, & bonos duces, se iam confectum senectute. Cuius cũ vaIuisset

luisset autoritas, captiui retenti sunt, ipse Carthaginem rediit. Neq; eũ charitas patriæ retinuit, nec suorum. Neq; vero tum ignorabat se ad crudelissimum hostem, & ad exquisita supplicia proficisci. Sed iusiurandum conseruandum putabat. Itaq; tum (inquam) cum vigilãdo necabatur, erat in meliori causa, quàm si domi senex captiuus & periurus, cõsularis remansisset. At stulte, qui non modo non censuerit captiuos remittendos, verumetiam dissuaserit Quomodo stulte? Etiam ne si Reipublicæ conducebat? Potest autem quod inutile Reipublicæ sit, id cuiquam ciui vtile esse? Peruertunt homines ea, quæ sunt fundata natura, cũ vtilitatem ab honestate seiungunt. Omnes enim expetimus vtilitatẽ, ad cãmque rapimur, nec facere aliter vllo modo possumus. Nam quis est qui vtilia fugiat? Aut quis potius, qui ea non studiosissime prosequatur? Sed quia nusquam possumus, nisi in laude, decore, honestate vtilia reperire, propterea illa prima & summa habemus, vtilitatis nomen nõ tam splẽdidum quàm necessarium ducimus. Quid est igitur, dixerit quis, in iureiurando? Num iratum timemus Iouem? At hoc quidem cõmune est omniũ Philosophorum, non eorũ modo, qui deũ nihil habere ipsum negotij dicũt, & nihil

& nihil exhibere alteri, sed eorum etiam qui Deum semper agere aliquid, & moliri volũt, nunq̃ nec irasci Deum, nec nocere. Quid autẽ iratus Iupiter plus nocere potuisset, quàm nocuit sibi ipse Regulus? Nulla igitur vis fuit religionis, quæ tantam vtilitatem peruerteret. An ne turpiter faceret? Primum minima de malis. Num igitur tantum mali turpitudo ista habebit, quantum ille cruciatus? Deinde illa etiam apud Accium: Fregisti ne fidem? Negabo, nec dabo infideli cuiq̃. Quanq̃ ab impio Rege dicitur, luculente tamen dicitur. Addũt etiam, quemadmocũ nos dicamus, videri quædam vtilia quæ non sint sic se videre dici quædam honesta, quæ non sint. Vt hoc ipsum videtur honestũ, conseruandi iurisiurandi causa ad cruciatum reuertisse. Sed fit nõ honestum, quia quod per vim hostium esset actum, ratum esse non debuit. Addunt etiam, quicquid valde vtile sit, id fieri honestum, etiam si antea non videretur. Hæc ferè contra Regulum. Sed prima videamus. Non fuit Iupiter metuendus, ne iratus noceret, qui nec irasci solet nec nocere. Hæc quidem ratio non magis contra Regulum q̃ contra omnium iusiurandum valet. Sed in iureiurando, non qui metus, sed quæ vis sit, debet intelligi. Est enim iusiurandum

subaudi, erant deligenda.

Eclipsis usitata in sermonibus uulgo usurpatis.

dum affirmatio religiosa: Quod autem affirmate & quasi Deo teste promiseris, id tenendum est. Iam enim non ad iram Deorum, quę nulla est, sed ad iustitiam, & ad fidem pertinet. Nam præclare Ennius: O fides alma, apta pinnis, & iusiurandum Iouis. Qui igitur iusiurandum violat, is fidem violat, quam in Capitolio vicinam Iouis Optimi Maximi (vt in Catonis oratione est) maiores nostri esse voluerunt. At enim ne iratus quidem Iupiter plus Regulo nocuisset, quã sibi nocuit ipse Regulus. Certê, si nihil malum esset, nisi dolere. Id autem non modo non summum malũ, sed ne malum quidem esse maxima autoritate Philosophi affirmant. Quorum quidem testem non mediocrem, sed haud scio an grauissimum Regulum, nolite quæso vituperare. Quem enim locupletiorem quærimus, quã Principem populi Romani, qui retinendi officij causa, cruciatum subierat voluntarium? Nam quod aiunt minima de malis, id est, vt turpiter potius, quã calamitose, an est vllum maius malum turpitudine? Quæ si in deformitate corporis habeat aliquid offensionis, quanta illa deprauatio, & fœditas turpificati animi debet videri? Itaq; Neruosius qui illa disserunt, solum audent malum dicere, id qđ

Iusiurandũ

Fides in Capitolio Ioui proxĩa.

Cetê, concredentis.

turpe

Neruosius ut Stoici.

Remissius ut Peripatetici.

turpe sit. Qui autem remissius, hi tamen non dubitant summum malum dicere. Nam illud quidem: Nec̃ dedi, nec̃ do fidem infideli cuiquam: Idcirco à Poeta dicitur, quia cum tractaretur Atreus, personæ seruiendũ fuit. Sed si hoc sibi sumunt, nullam esse fidem, quæ infideli data sit, videant ne quæratur latebra periurio. Est autem etiam ius bellicum, fidesc̃ iurisiurandi sæpe cum hoste seruanda. Quod enim iuratum est, vt mens conciperet fieri oportere, id obseruandũ est. Quod aliter, id si non fecerit, nullũ periurium est. Vt si prædonibus pactum pro capite precium non attuleris, nulla fraus est, ne si iurato quidem id nõ feceris. Nam pirata non est ex perduellium numero definitus, sed communis hostis omniũ. Cum hoc nec fides esse debet, nec iusiurandũ commune. Non enim falsum iurare, peierare est, sed quod ex animi tui sententia iuraueris, sicut verbis concipitur (more nostro) id nõ facere, periurium est. Scite enim Euripides.

Iustis hostibus pacta præstanda latronibus nihil oportet.

Quid peierare.

In Hippolyto coronato.

Iuraui lingua, mentem iniuratam gero.

ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ' ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.

Regulus vero non debuit conditiones, pactio nec̃ bellicas & hostiles perturbare periurio. Cum iusto enim & legitimo hoste res gerebatur, aduersus quem & totum ius fœciale, multa sunt iura cõmunia. Quod ni ita esset, nunquam

quam claros viros senatus victos hostibus de disset. At vero T, Veturius, & Spurius Posthumius cum iterum consules essent, quia cũ male pugnatum apud Caudium esset, legionibus nostris sub iugum missis, pacem cum Samnitibus fecerant, dediti sunt his Iniussu enim populi, senatusq; fecerant: eodemq; tempore T. Numitius, Q. Aemilius, qui tum tribuni plebis erant, quod eorum autoritate pax erat facta, dediti sunt, vt pax Samnitum repudiaretur. Atq; huius deditionis ipse Posthumius q debebatur suasor & autor fuit. Quod idẽ multis annis post C. Mancinus, qui vt Numantinis, quibus cum sine senatus autoritate fœdus fecerat, dederetur, rogationẽ suasit eam, quã Lucius Furius, & Sextus Attilius ex senatusconsulto ferebant, qua accepta, est hostibus deditus. Honestius hic quàm Q. Pompeius, quo cum in eadem causa esset, deprecante, accepta lex non est. Hic ea quæ videbatur vtilitas, plꝰ valuit quàm honestas. Apud superiores vtilitatis species falsa, ab honestatis autoritate superata est. At non debuit ratum esse, quod erat actum per vim. Quasi vero forti viro vis possit adhiberi. Cur igitur ad senatum proficiscebatur, cum præsertim de captiuis dissuasurus esset? Quod maximum in eo est, id repre-

103 Romanus exercitus in Caudinis furcis sub iugum missus à Sãnitibus.

Autorẽ hic q. ꝑ suasorẽ dicitur Valla 104

henditis. Non enim suo iudicio stetit, sed suscepit causam, vt esset iudicium senatus, quod si ipse autor fuisset, captiui profecto Pœnis redditi essent, ita incolumis in patria Regulus restitisset. Quod quia patriæ non vtile putauit, id circo honestum sibi & sentire illa, & pati credidit. Nam (quod aiunt) quod valde vtile sit, id fieri honestum, imò vero esse, non fieri. Est enim nihil vtile, quod idem nõ honestũ, nec quod vtile, honestum est: sed quia honestum, vtile. Quare ex multis mirabilibus Exemplis, haud facile quis dixerit, hoc exemplo aut laudabilius, aut præstantius. Sed ex tota hac laude Reguli, vnum illud est admiratione dignũ, quòd captiuos retinendos censuerit. Nam quod redijt, nobis nunc mirabile videtur, illis quidem temporibus aliter facere non potuit. Itaq; ista laus non hominis, sed temporum. Nullũ enim vinculum ad astringendam fidem iureiurando maiores arctius esse voluerunt. Id indicant Leges in XII. tabulis, indicant sacra, indicant fœdera, quibus etiam cum hoste deuincitur fides. Indicant notationes, animaduersiones q̃ censorum, qui nulla de re diligentius q̃ de iure iurando iudicabant. L. Manlio Aulı filio cum dictator fuisset M. Pomponius tribun⁹ plebis diem dixit, quòd is paucos sibi dies ad dictaturam ge-

Quãta antiquitas iurisiurandi religio.

Põponius iusiurandũ etiam metu extortũ

ram gerendam addidisset. Criminabatur etiã quôd Titum filium, qui postea est Torquatus appellatus, ab hominib9 relegasset, & ruri habitari iussisset. Quod cũ audiuisset adolescens filius, negocium exhiberi patri, accurrisse Romam, & cum primo lucis Pomponij domum venisse dicitur: Cui cum esset nunciatũ, quôd illum iratum allaturũ ad se aliquid contra patrem arbitraretur, surrexit è lectulo, remotisq; arbitris, ad se adolescentem iussit venire. At ille vt ingressus est, confestim gladium distrinxit, iurauitq; se illum statim interfecturũ, nisi iusiurandũ sibi dedisset, se patrem missum esse facturum. Iurauit hoc terrore coactus Pomponius, rem ad populum detulit, docuit cur sibi causa desistere necesse esset. Manlium missum fecit. Tantum temporibus illis iusiurandum valebat: atque hic T. Manlius is est, qui ad Anienem Galli, quem ab eo prouocat9 occiderat, torque detracto, cognomen inuenit. Cuius tertio consulatu Latini ad Veserim fusi, & fugati. Magnus vir in primis, & qui nup * indulgens in patrem, idem acerbus & seuerus in filium. Sed vt laudandus Regulus in cõseruando iureiurando, sic decem illi quos post Cannensem pugnam iuratos ad senatum misit Hannibal in castra redituros, ea quorum

præstandã putauit.

missũ fartur

Torquati cognomen

* Aliàs q per indulgens.

Indulgens quem acer

bum in se, sic tamē amauit, idē filium securi pcussit.

erant potiti Pœni, nisi de redimendis captiuis impetrauisset, si non redierunt, vituperandi. De quibus non omnes vno modo. Nam Polybius bonus autor in primis scribit, ex decem nobilissimis, qui tunc erant missi, nouem reuertisse, à senatu re non impetrata. Vnum ex decem, qui paulo pôst egressus erat ê castris, redisset, q̃si aliquid esset oblitus, Romæ remansisse. Reditu enim in castra liberatum se esse iureiurando interpretabatur. Non recte. Fraus enim distringit, non dissoluit periurium. Fuit igitur stulta calliditas, peruerse imitata prudētiam. Itaq; decreuit senatus, vt ille veterator, & callid⁹ vinctus ad Hannibalem duceretur. Sed illud maximũ. Octo hominum millia tenebat Hannibal, nõ quos in acie cepisset, aut qui periculo mortis diffugissent, sed qui relicti in castris fuissent à Paulo & Varrone consulibus. Eos senatus non censuit redimendos, cũ id parua pecunia fieri potuisset, vt esset insitũ militibus nostris aut vincere, aut emori. Qua quidem re audita, fractum animum Hannibalis, scripsit idem, qd' senatus Populûsque Romanus rebus afflictis tam excelso animo fuisset. Sic honestatis comparatione, ea que videntur vtilia, vincuntur. Attilius autem, qui Græce scripsit historiam, plures ait fuisse, qui in castra re-

stra reuertissent, eadem fraude, vt iureiurando liberarentur, eôsque à censoribus omnibus ignominijs notatos. Sed huius loci finis sit. Perspicuum est enim quæ timido animo, humili, demisso, fractôque fiant. Quale fuisset Reguli factum, si aut de captiuis, quod ipsi opus esse videretur, nõ quod Reipublicæ censuisset, aut domi remanere voluisset, non esse vtilia, quia sunt flagitiosa, & fœda, & turpia.

L. Manlio Aulí.) *Extant pleræque Historiæ ex his apud Liuium.*

DE TEMPERANTIA.

Cyrenaici Epicurei ab Aristippo Cyrenaico. tos Anniceri, ab Annicere, qui priorem secta emẽdauit.

REstat quarta pars, quæ decore, moderatione, modestia, continentia, temperantia continetur. Potest igitur quicquam vtile esse, quod sit huic talium virtutum choro contrariũ? Atqui ab Aristippo Cyrenaici atque Anniceri Philosophi nominati, omne bonum in voluptate posuerunt, virtutemq; censuerunt ob eam rem laudandam, quod efficiens esset voluptatis. Quibus * obsoletis, floret Epicurꝰ, eiusdem ferè adiutor, autorq; sententiæ. Cum his velis, equisq; (vt dicitur) si honestatem tueri, ac retinere, sententia decertandum est. Nam si non modo vtilitas, sed vita hominis beata corporis firma cõstitutione spe explorata (vt à Metrodoro scriptum est) cõti-

* *Obsoletis, id est, obscuratis. Velis, ea quisq; pro uerbialiter*

netur, certe hæc vtilitas, & quidem summa (sic enim censent) cum honestate pugnabit. Nam vbi primũ prudentiæ locus dabitur, an vt conquirat vndique suauitates? Quâm miser virtutis famulatus seruientis voluptati? Quod autem munus prudentiæ, an legere intelligentur voluptates? Fac nihil isto esse iucundius, qd cogitari potest turpi9? Iam qui dolorem summum malum dicat, apud eum quem habet locum fortitudo, quæ est dolorum laborũq; contemptio? Quâmuis enim multis in locis dicat Epicurus (sicut hic dicit) satis fortiter de dolore, tamen non id spectandũ est, quid dicat, sed quid consentanum sit ei dicere, qui bona voluptate terminauerit, mala, dolore, vt si illum audiam de continentia & temperantia, Dicit ille quidem multa multis locis, sed aqua hæret (vt aiunt) Nam qui potest temperantiã laudare is qui ponat summum bonũ in voluptate? Est autem temperantia libidinum inimica. Libidines autem consectatrices voluptatis. Atq; in his tamen tribus generibus quoq; modo possunt, non incallide tergiuersantur. Prudentiam introducunt, scientiam suppeditãtem voluptates, depellentem dolores. Fortitudinem quoq; aliquo modo expediunt, cũ tradunt rationem negligendæ mortis, perpetiendiq; dolo-

Aqua hæret.

Epicureorũ dogma exponit

dicq; doloris. Etiam temperantiam inducunt non facillime illi quidem, sed tamen quoquo modo possunt Dicunt enim voluptatis magnitudinem, doloris detractione finiri. Iustitia vacillat, vel iacet potius, omnesq; hæ virtutes, quæ in cõmunitate cernuntur & in societate generis humani. Neq; enim bonitas, nec liberalitas, nec ~~communitas~~ esse potest, non plus quàm amicitia, si hæc non per se expetantur, sed ad voluptatem vtilitatèmue referantur. Conferamus igitur in pauca Nam vt vtilitatem nullã esse docuimus, quæ honestati esset contraria, sic omnem voluptatem dicim⁹ honestati esse contrariam. Quo magis reprehendendos Calliphonem & Dinomachum iudico, qui se dirempturos controuersiam putauerunt, si cum honestate voluptatem, tanquam cum homine pecudem copulauissent. Non recipit istam coniunctionem honestas, aspernatur repellit Nec vero finis bonorum & malorum, qui simplex esse debet, is ex dissimilibus rebus misceri & temperari potest. Sed de hoc hactenus Magna enim res, alio loco pluribus verbis disputata, nunc ad propositum. Quem admodum igitur, si quando ea, quæ videretur vtilitas, honestati repugnat, diiudicanda res sit, satis est supra disputatum. Sin autem speci-

illi quidē, sed

Comitas

De Finib⁹ bonorũ & malorum.

sicut 2 officiorum positum e.

em vtilitatis etiam voluptas habere dicatur, nulla potest esse ei cum honestate coniunctio. Nam vt tribuamus aliquid voluptati, condimenti fortasse nonnihil vtilitatis certe nihil habebit.

Aristippo Cyrenaici.) *Aristippus Cyrenaicus fuit. Inde nomen sectæ fuit. Et Annicerij dicti sunt ab Annicere Cyrenaico.*

PERORATIO OPERIS.

HAbes à patre munus Marce fili, mea quidem sententia magnũ, sed perinde erit vt acceperis. Quãq̃ & hi tres libri inter Cratippi commentarios, tanq̃ hospites erunt recipiẽdi. Sed vt si ipse veniissem Athenas (qđ qdẽ esset factũ nisi me ẽ medio cursu clara voce patria reuocasset) aliqñ me quoq; audires, sic qñ his voluminib⁹ ad te ꝓfecta vox mea est, tribues his temporibus q̃ntũ poteris, poteris autẽ quantũ voles. Cum vero intellexero te hoc scientiæ genere gaudere, tũ & præsens tecũ ꝓpediem (vt spero) & dũ aberis, absens loquar. Vale igitur mi Cicero, tibique persuade, te mihi quidem esse charissimũ, sed multo fore chariorem, si talibus monumentis, præceptisq; lætabere.

MARCI TVLLII CICERONIS
Officiorum III. Libri FINIS.

In tertium

60

SI discendi labor.) Discēdi noue dixit p discere.

61 Ea efficiens est utilitatis.) Cupiens uoluptatum & similia satis in usu sunt, hoc ut minus usitatum annotare uisum est.

62 Conuenienter naturæ uiuit.) Verbi casum addidit aduerbio. Id tamen apud Græcos usitatius est, q̃ apud Latinos.

63 Progressione discendi.) Progressionem dixit p fectum. Rursus numero sexagesimoquinto. Si qua ad uirtutem facta progressio. Ingressus initium est, progressio profectus.

64 Est alibi citatum.

65 Aliter enim teneri non potest.) Aliter rursum propemodum posuit pro alioqui.

96 Respublicæ continentur.) Continentur dixit, p constant, nam aliter continetur, quod comprehenditur aut inclusum est.

67 Ex quo efficitur.) Efficitur dixit, pro colligitur argumentis.

68 Humana consociatio.) Consociandi uerbo fortasse timuissemus uti, ni Cicero usurpasset.

69 Violare alterum.) Græcorum more usurpauit uiolandi uerbum, non pro uim inferre, sed pro iniuriã facere, præter ius, Græci dicũt ὑβρίζειν & ὕβριν

non solum uim, uerum etiam iniuriam, aut contumeliam uocant.

70 Consilium eius peremisset.) Noue usus est uerbo perimendi, nisi forte mendum subest, et legendum est præuecnisset.

71 Deos hominesq; cælare possumus.) Cælamus eos aliquid, quibus clàm esse uolumus, quod agimus.

72 Minime male illi quidem.) Peculiare est Ciceroni, ad hunc modum coniungere, quidem & illi: Quod ut apud hunc frequens est, ita haud scio, an apud quëquam uetustiorum reperiatur.

73 Est alibi citatum.

74 Hoc animo inter se fuisse.) Vt dicimus, nouimus inter nos, amant inter se, id est, alter alterum. Ita hic dictum est, hoc anno fuisse inter se, pro utrunque in alterum.

75 Eosq; exterminant.) Rursus exterminant dixit, pro è finibus suis eijciunt, quod Latini interpretes ferè usurpant pro perdunt.

76 Orationis uanitatem.) Vanitatem dixit, ut pugnet cum ueritate, cum uulgo putemus uanitatem esse iactantiam, fortassis ob id quod ferè mentiantur multa gloriosuli.

77 Argentariam faceret.) Vt dicitur quæstum facere, qui negociatur, ita argentariam facere dixit Cicero.

78 Nomina facit.) Nomina facit, qui se debitorem constituit

constituit, unde & bonæ fidei debitores, bona nomina dicuntur.

79 Semel indicaretur.) Indicare dixit æstimare. Id annotandum putauimus, quod in omnibus quos uiderim libris comperimus deprauatum iudicaret.

80 Vt etiam si minoris.) Vt, hic habet significationem exempli, confert enim factum cum facto. Qui pluris emit cum licuisset minoris emere, uir bonus est iudicatus, at non sapiens. Perinde esset si minoris uendidisset, quod potuisset pluris uendere. Hoc admonere uisum est, quod hunc locum compererim, in multis Exemplaribus uitiatum, nec à commentariorū scriptoribus aliquid lucis adduci.

81 Proscripsit Insulam.) Proscribitur homo, qui damnatur hoc genere damnationis. Proscribitur domus aut alia res, quæ uenalis scripto proponitur. Et Insulam uocat domum undique semotam ab alijs ædibus, quales ferè sunt magnatum.

82 Societas est enim.) Subinde occurrit apud Ciceronem, ut enim ponatur tertio loco, præsertim cum adest uerbum, est.

83 Interior eorum.) Interiorem dixit coniunctiorem, unde & intime conuncti dicuntur, qui arctissima necessitudine copulati sunt.

84 Testamentarij.) Qui supponunt Testamenta, aut alioqui fraude imuadunt.

85 Vinculis et carcere castigandi.) In nonnullis ex

emplaribus

emplaribus, pro castigandi habebatur fatigandi.

89 Ab hoc nulla fraus aberit.) Reciprocauit loquè di formam. Nam dicimus, non abest à suspicione furti, hic dixit, ab hoc nulla fraus aberit.

87 Est alibi citatum.

88 Perficiat ut ueros hæredes.) Rursus perficiat dixit pro efficiat, siue faciat.

89 Est alibi.

90 Est alibi.

91 Non ita magnum.) Ac mox, non ita turpe. Ita tantum habet epitasim, nihil autem illi respõdet, qd genus est cum dicimus: Ita sum hominem expertus, ut denuo nolim experiri.

92 Quid: Qui omnia recta.) Quid separandum est à sequenti sermone quod expergefacit Lectorem, ut antè monstrauimus.

93 Nam si uiolandum est.) Duo senarij sunt, tametsi Cicero non seruat in his legem, quam Græci Tragici seruant. Porrò in secundo uersu, aut uerbum est, elidendũ est, aut in coniunctio, ut constet metri ratio

94 Multi iniqui atq; infideles.) Trochaicus est tetrameter catalecticus, nisi quód duæ postremæ dictiones in omnibꝰ quæ uiderim, exemplaribus erant transpositæ, boni sunt, pro sunt boni.

95 In maxima gratia.) In præcio esse utilissimum est, in honore esse, itidem: In gratia & gloria esse, nõ perinde usitatum, coq; annotauimus, ne quis ita uereatur loqui

atur loqui, cum Ciceronem habeamus autorem.

96 Si præmium ei proposuit.) Videbatur hic sermo magis requirere pronomen reciprocum, si præmium sibi proposuisset, sed uitasse uidetur Amphibologiã. Nos in huiusmodi locis ferè solemus uti ipsi.

97 Præfracte defendere.) Cicero præfractos uocat, quia à sententia non possunt abduci, quos, ni fallor, Græci uocant αὐθάδεις præfracte pertinaciter. Hoc annotaui, quod eruditi quidam contenderint has uoces non esse Latinas.

98 Stare conuentis.) Pro seruare pacta. Inusitatius quod dixit Vergilius: Manere dictis, apud Græcos mollius est ἐμμένειν.

99 Et Ithacæ uiuere ocioſe.) Opinor Ithacam hic usurpari pro urbe eius insulæ, alioqui mirum non addidisse præpositionem, neque enim permittere hic sibi Cicero, quod permisit Vergilius: Deuenêre locos lætos, &c.

100 Cuius ipse princeps.) Sex senarij sunt, quos oportet in exemplaribus distinguere. Cuius hic nõ efficit nisi unicam syllabam, quemadmodum apud Terentium eius, deos, monosyllaba sunt ubique. Et istius, si mili contractione fit dissylabum, & percepset legendum, pro percepisset.

101 O fides alma.) Trochaicus est tetrameter catalecticus. Aptum dixit, undique concinnatum, ut Vergilius: Stellis ardentibus aptum. Cum quid ita contex

tum est

tum est gemmis aut similibus, ut inter sese contingãt. nam ab ἅπτομαι Latina uox ducta uidetur.

102 Alibi citatum

103 Iniussu enim populi.) Iussu tuo, iniussu tuo, iussu feci, iniussus feci sti.

104 Fœdus fecerat.) Inire fœdus, ictum fœdus, pactum fœdus, ferire fœdus, percussum fœdus, usitatiora sunt, quàm facere fœdus, & ob id annotare uisum est.

105 Efficiens uoluptatis.) De quo & ante annotauimus.

FINIS.

EORVM QVAE IN OFFICIIS POTISSIMUM TRACTAMTUR. INDEX.

QVAE IN LIBRO PRIMO.

Quid officium. 10.
Diuisio. 20.
Honesti à natura inuestigatio. 23.
Diuisio honesti, ex quatuor uirtutibus. 26.
De Prudentia. 27.
De Iustitia. 29.
Fides unde dicta. 30.
Iniustitiæ duo genera. 31.
Iniuriarum differentia. 32.
De causis quibus prætermittitur officium. 33.

De offi-

De officijs à circumstantia. 34. 59.
Iniuriæ à malitia & uaframento. 37.
De iure publico bellorum. 39.
Duo decertandi genera. 44.
De officio seruando qñ de imperio certatur. 41
Fides etiam hostibus seruanda 42.
Iustitia etiam erga infimos seruanda 43.
De beneficentia & liberalitate 44
Quomodo cõsiderandi sunt mores hominum 45
Quo ordine collocanda beneficia. 45.
Beneficia cum fœnore remetienda. 48.
Fontes & ratio & oratio societatis humanæ 49.
Gradus humanæ societatis 51.
Fortitudo & magnanimitas 56.
De animi elatione, quod uitium sit 57.
De his circa quæ fortis animꝰ et magnꝰ uersatur. 59
De remouentibus se à Republica 61.
Res urbanas maiores esse bellicis. 64.
Non sæuiendum in uictos & multitudinis parcendũ, & periculæ quatenus uiro forti suscipienda. 68
Quæ res periclitandæ potius 69.
Officia illorum, qui Rempublicam gubernant. 71
De ambitione. 72.
Iræ moderandum 73.
De pœnæ modo. 74.
De Temperantia. 77.
De decoro 79

Via

Vis officij 81.
Motus animi. 84.
De scurrilitate & facetia. 85.
Quomodo ludendum 86.
Quatenus uoluptati concedendum. 86.
Varietas animorum & diuersæ qualitates. 87.
Constituendum genus uitæ & institutum. 97.
Adolescentis officia. 100.
Senum officia. 101.
Magistratus personam quæ deceant. 102.
Decorum à cultu motuq; corporis. 103.
Decorum à uerecundia 103.
De duobus pulchritudinis generibus. 105.
Duplex orationis genus. 106.
Qualis sermo & quomodo utendum eo sit. 108
Qualis debꝫ cẽ domus honorati ciuis et princi. 110.
Tria in omni uita obseruanda. 112.
Decorum à loco ac tempore. 112
Ordo actionum à decoro 114.
De quæstibus artibusq; honestis & inhonestis. 117.
Iustitiane an temperantia potior. 123.

IN SECVNDO.

De his quæ ad utilitatem pertinent uitámque degendam. 135.
Diuidit ea, quæ ad uitam tuendam pertinent. 136.
Quibus rationibus homines mouentur ad aliquem honestandum. 142.

Nihil

Nihil utilius quam amari 143.
Quibus rebus adducatur multitudo, ut dignum aliquem honore habeat. 149.
Quæ res homini multitudinis beneuolentiam con. 150
Quibus rebus fides acquiratur. 150.
Quibus rebus consequimur ut multitudo nos ad. 152.
Studia adolescentiũ ad emerendum fauorem. 158.
Quomodo debemus uti liberalitate ad conci. 162.
Priuata liberalitas in quos & quatenus exer. 165.
De liberalitate quæ opere constat. 169
In officio præstando cur bonus locupleti præ. 173.
Beneficia, quæ ad uniuersos pertinent 176.
Auaritia aberit ab illis, qui publicis munerib. fũ. 178
Valetudinis curatio 186.
Comparatio duorum utilium inter se. 186

IN TERTIO.

De comparatione utilis ac honesti 200
Formula qua officium cognoscitur. 207.
Ne quid dicamus utile qđ cũ honestate con. 213.
Proprijs commodis quatenus inseruiendum. 218.
In publicis cõsultationibus q̃ntũ utilitati tribu. 220
In cõtractibus præferenda utilitati honestas. 223.
Exponit suam sententiam de formulis cõtract. 226.
Multæ formulæ casuum atq; exempla in quibus uidetur pugnare utilitas cum honestate. 106.
De fortitudine 210.
De Temperantia. 220. Peroratio operis 223.

INDICIS FINIS.

DIALOGVS IN QVO LAELIVS REDDIT RATIONEM, cur plerosq; locos in Ciceronе mutauerit.

VVOLFGANGO ANEMOECIO AVTORE.

LAELIVS. BRVTVS.



AEPE NVMERO BRVTE mirari soleo, qui acciderit, vt ij Ciceronis nostri quidem familiaris Libri quos de officijs docte & eleganter scripsit tot ac tantorum sint errorum pleni. BRVTVS. Adeon me delirare obsecro censes, vt id quod dicis, verum esse credam? Nam vt sæpissime ex eo ipso accepi, nullum tam exquisita diligentia ædidit, quàm est illa de officijs opus. LAELIVS. Quantum tu quidem delires nescio, illud autem scio, ita esse hoc, quod iam dixi. BRVT. Præterea ab ea vsq; ætate, in qua scriptus est hic liber, semper in doctorum hominum manibus, vt dignum erat, versabatur, omnes eũ amplexa-

amplexabantur, omnes fouebant, atq; osculabantur. Num tu eos tam stupidos fuisse censes, vt errores, si quos haberet hoc opus, non potuissent deprehendere? LAELIVS. Non censeo. Sed vt tibi rem plenius exponam habeto sic. Errores quidem, quos ego errores voco, nam sæpius hoc vocabulo vtor, non doctorum hominum culpa, sed potius librariorum negligentia acciderunt. Deinde quæ illorum hominum ignauia fuit, librarios puto, indies succreuerunt. Docti vero, in quorum manus corrupta Exemplaria venerunt, propter rixosa quorundam inuidorum hominum ingenia, quibus in hunc vsq; diem vitia placent, nihil ausi sunt mutare. Præterea nemo ex Doctoribus hoc scribendi genus vnq̃ adgressus est, ob eam, vt puto causam, quod se vera nunq̃ obtulerint Exemplaria, tanq̃ certi & fidi eorum conatuum testes. Ex hac igitur causa tot errores (vt antea dixi) irrepserunt. BRVTVS. Quod si in ea es opinione, vt nullam culpam in Doctos reijcias, facile tibi assentiar. LAELIVS. Nullam prorsus. Nam in hac sententia, quam iam professus sum, semper manebo. BRVTVS. Depromе itaq; si quid habes quod emendatum à te esse velis. LAE. Depromam, sed vt Medici,

qui à principio, cũ ægrotos suscipiũt curandos leuib⁹ remedijs leuia tollũt viria, donec ægrotorum corpora pharmacis assuefecerint, ne remediorum aut nouitate, aut acerbitate statim deterreantur. Deinde paulatim & maiora & efficaciora adhibent. Sic ego à principio leuiores tibi ꝓponam errores, sic eũ appello, vt rem asperitatem errorũ lenitate mitigatam videas, ne mox deterrearis. BRV. Places, age incipe. Ea tamen lege tibi auscultandi operã polliceor, vt interpellandi etiam copiam, si quid displicuerit, facias. LAE. Quid nisi ob eam eũ causam tecũ confero: & vt ab eo exordiar, qđ de gerẽdis bellis docet, sic accipe. Vt eũ (aie) cũ ciue aliter contendimus, si est inimicus, aliter si est cõpetitor, cum altero certamen honoris & dignitatis est, cũ altero capitis & famæ. Quid tibi hęc verba videntur, nõnne satis clara? BRV. Satis: Sed quid est in ijs qđ emẽdatis? LAE. In omnib⁹ exemplaribꝰ, quę in nostras qdem manus venerunt, pro eo quod est, cũ ciue aliter contendimus, legitur cũ ciuiliter contendimus. Sed opinor nostros homines Græca Apostropho, qua etiã antiquiores Latini vsi sunt esse deceptos, qui ciuiliter pro ciu, aliter legerũt. BRV. Facilis est error, neq; tanti faciendus, vt nobis amplius aliquid negocij faceſſat

facessat. LAE. Facilis quidē vt ais, sed tamen tantus, vt totam immutet sententiam. BRV. Illd' vero multo magis miror, te illd' quod de secundo Punico bello habetur, qm̄ à bellica re exorsus es, hic adiunxisse, cū tamen in nullo alio codice, quē ego sanè vidi, reperiatur scriptum. Præterea magis superfluū esse iudico, quàm vt hic recenseatur, quoniā vtranque historiam libro tertio retractat. LAE. Recte quidem: nam illius mones me, quod maxime volo. An non hæc verba Ciceronis esse putas? BRV. Nescio me Hercle: Quantū vero mea fert opinio, Liuij potius quàm Ciceronis esse credo. Quod si omnes Liuij Libri nobis extarent, non dubito quin hæc ipsa verba, in eo reperirentur. LAE. Demiror autem quidnam dubites. Ciceronis ne phrasin non agnoscis? Sed quod putas hic superfluū esse non video. Si id superfluū esse vis, qd' bis à Cicerone tractatur, quid opus erit M. Attilij Reguli Historiam, quæ præcedit, veluti in hoc loco germanam amplius perpeti? Nam eandem etiam Cicero libro tertio tractat. BRV. Scio equidē, sed alia ratione. LAE Ita & reliquas duas alia retractat ratione. BRV. Fateor. Quoniam vero pgressio facta est, pergamus ad reliqua. LAE. Pergamus. Sed cōmode occurrit ille lo-

ius, qui ad ciuilem virtutis imaginem ptinet: Sic ait Cicero. Quoniã autem viuitur non cũ perfectis hominib⁹, planeq; ſapientib⁹, ſed cũ iis, in quib⁹ preclare agitur. ſi ſunt ſimulachra virtutis, etiam hoc intelligendũ puto neminẽ omnino eſſe negligendũ, in quo aliqua ſignificatio virtutis appareat. Omnes me hercle, pręter Aldum noſtrũ, virũ ſanè q̃ optimũ ſic legebant, in quibus non pręclare agitur. Ignorarũt ꝓfecto illi homines, qd ſit in eis pręclare agi, cũ negationem præpoſuerint. Quomodo eñ illi poſſunt virtutis ſimulachra eſſe, in quibus nõ præclare agitur, hoc eſt, in quibus nulla virtutis ſignificatio appareat? BRV. Auſculto lubens. Sed illud te rogo: tuũ ne Exemplar cum Aldino conueniat. LAE. Maxima ex parte. Deinde vt aliud adhuc aliquid ad hunc adderetur errorem, ſuppoſuerũt (ſed) pro ſi: cũ dixerunt, ſed ſunt ſimulachra virtutis, q̃ſi etiam ſceIerati & peſſimi homines: nam ĩ ſunt illi, in q̃bus non præclare agitur: virtutũ eſſent imagines. BRV. Nequaq̃. Cicero enim, quantũ ego quidem intelligo, aduerſus Stoicos loquitur, qui ex omni parte ꝓfectam in hominib⁹ eſſe ſapientiam voluerunt. Id q̃d noſter amicus recte quidem noſtrum voco, fuit enim vtriq; familiariſſim⁹, confutat, cũ ait impoſſibile eſſe,

vt homo

vt homines iuxta Stoicam rationem sint perfecti: neq; exigit, dūmodo præclare agant, & sint virtutū studiosi, hoc est, omnibus viribus eis studeant. LAE. Recte intelligis. Sed non multō pōst, similem inuenies errorem, nēpe vbi docet delectū tum accipiendorū, tum collocandorum etiam beneficiorū esse habendū. Sic vero inqt. Multi enim multa faciunt temeritate q̄dā sine iudicio, vel modo in omneis, vel repentino q̄dam (quasi vento) impetu animi incitati. Meus codex morbo pro modo habet BRV. Sed qua ratione? LAE. Dicam, si modo audire poteris. BRV. Potero. LAE. Morbū hic noster familiaris, pro insanitate, & animi ęgritudine accipit, quā Latini etiā Philosophi communi vocabulo insaniam appellant. Quemadmodū enim corruptus sanguis facile corporis morbū gignit, ita etiam prauarum opinionū perturbatio animum sanitate spoliat, morboq; pturbat. Hinc accidit, vt stulti omnia omnib9 sine iudicio donent: Ex quo illud præclarū Horatij: Prodigus & stultus donat quæ spernit & odit, Hęc seges ingratos tulit, & feret omnib9 annis. Recte vero subiūgit, Vir bonus & sapiens dignis ait esse paratum, Nec tamen ignorat, quid distent æra lupinis. Hanc vero aut stultitiam, aut si mauis insaniā

hic appellat morbum, non corporis quidem, sed animi. BRV. Quoniam autem tanti facis vnius vocis mutationem, non possum præire, quin & alterius cuiusdam potius immutationem obijciam. Quid enim tibi in mentem venit, qui pro docendo, substitueris dicendo? LAE. Nihil nisi quia præcedūt ratio & oratio vt vtrunq; haberet duo vocabula sibi subiuncta. Nam oratio (vt scis) dicendo fit & cōmunicando: ratio vero disceptando & iudicando cernitur. BRV. Aldus tamen habet docendo & discendo. LAE. Habet quidem, sed rationē tibi dedi. BRV. Tu autem superius adfirmasti tuum exemplare cū Aldino ex maxima parte conuenire. LAE. Ita est vt dicis: Ex maxima quidem, illius codex cū meo, sed non ex omni parte conuenit. Nam quid tandem mihi opus esset, hos sumere labores, si nos Aldus sua industria omnino præueniisset? Deinde sequitur non minor error, quem nostrum Exemplare facile tollit. Cicero enim sic ait. Facillime autē ad res iniustas impellitur, vt quisque est altissimo animo & gloria & cupiditate. Quod relq omnes, & gloriæ cupido legūt. Hæc vero lectio magis apta videtur. BRV. Quamobrem? LAE. Nam quo altior est animus gloria quidem & cupiditate, eō facilior est ad iniurias.

Gloriæ

Glorię autem cupidus animus, & si semper sit turpis, minus tamen nocet. Ciuiliter enim contendant, & animi gloriæ cupidi sint in Repub. necesse est. Id quod vetustus Poëta Hesiodus ad hunc modũ concedit. Latine vero tibi ex tempore dicam: non em̃ externa lingua multum delectaris. Aemulatur vicinũ vicinus. Qui ad diuitias properat, Hæc autem contentio Bona est hominibus.

Præterea nostra Historia plena est huiusmodi exemplorum. Quis enim vitam suam pro salute patriæ profunderet, nisi etiam suam gloriam ad posteritatem peruenturam speraret? Is vero, qui altissimũ habet animum gloria & cupiditate, longe turpior est, multoq; facilior ad iniustas res impellitur q̃ qui gloriæ cupidũ habet. Nam cupiditas summum animi vitium est. BRV. Probe ais. LAE. Quoniã vero iam me probe dixisse ais, multum mihi inde assumo, ita vt maiorem progrediendi animũ addideris. BRV. Progredere igitur, si lubet. LA. Lubet quidẽ. Quid tibi autem videtur de eo, in quo domesticas res bellicis prę fert, atq; Lycurgi leges pluris facit, q̃ Themistoclis, aut Pausanię, siue Lysandri res fortiter gestas: Leges quidem (inquit) causæ fuerunt, vt illi imperatores exercitus & parentioręis & fortio-

rēis habuerint. Omnes profecto paratiores legunt: nos veto parentiores habemus, id est, magis obedientes, propter pœnam videlicet legum. Leges enim, exercitum non paratiorem, hoc est, instructiorē, sed parentiorem reddunt. BRV. Imò reddunt non modo parentiorem, sed paratiorem. Nam qui exercitus est parentior, idem erit etiam paratior, id est, vt tu ais, instructior, & promptior. LAE. Male cohærent. Leges em̄ vt obedientia sequatur necesse est, promptitudinem vero eas sequi necesse non est. Sed quid dices de hoc quod modo putaui. Nunc enim ita legitur. Illud autem sic est iudicandum maximas geri res, & maxime ab his qui Respublicas regant, quod earū administratio latissime pateat. Vides iam qđ nostri labores non omnino sine fructu sint pe rituri? Omnes em̄ codices, quos hactenꝰ vnq̄ vidi, ita habent, & maximi animi ab his &cætera. Quid sibi hæc verba volūt? BRV. Nescio hercle, nisi quia non intelligo, quid ad hūc locum faciant. LAE. Credo, quoniā totam sententiam reddūt obscuriorem, quæ iam nostra opera satis est illustrata. Deinde legunt Rempublicam quum ego plurali vtar numero, atque Reipublicas substituam, ob nullam aliam causam, nisi q̄ (earum) sequatur, pro qua voce

reliqui

reliqui Codices eorum habent, quasi administrantium ratio plus pateat, q̃ Rerumpublicarum administratio. BRV. Nequaq̃ esset enim maxime absurdum istũc credere. LAE. Recte sentis, sed pergamus: Male & deprauate legitur, quum Cicero noster nobilis certe Philosophus de naturarum differentia disserit, ad hũc modum. Atq; hæc differentia naturarum tantam habet vim, vt nonnunq̃ mortem sibi ipse aliquis conscisscere debeat. Dic obsecro, quæ hæc est differentia naturæ, si quis sibi mortem conscisscat? BRV. Nescio, ex te tamen audire cupio. LAE. Sic igitur est legendũ. Atq; hæc differentia naturarum tantam habet vim, vt nonnunq mortem sibi ipse conscisscere alĩ debeat, alius in eadem causa non debeat. Hoc modo differentiam naturarũ intelliges. BRV Ita est profecto, vt dicis. Ita semp firmis rationibus me adducis in tuam sententiam, vt post hac à te dissentire mihi impiũ habeatur. LAE. Alium tam tibi enarrabo locũ, quem Cicero iuxta Aristotelis sententiam tractat, quĩ monet nos, vt nostræ naturæ rationem recte habeamus, ne quum aliud moliamur, aliò nos impetus naturæ rapiat, atq; merito tandem ridemur, quando inuita (vt aiũt) Minerua rem aggressi fuerimus. BRV. Illud autem ipsum

est, q̃d

est, quod maxime ex te audire cupio. LAE. Audies: Suadet nobis Cicero, prudens profecto consiliarius, vt si necessitas, quæ à Poëta Euripide recte ἀναγκαῖα vocatur: nam eò libentiùs vtor huiꝰ Poëtæ autoritate, ꝙ etiam à nostro Cicerone plurimi solebat fieri: nos ad ea detruserit, vt ea quæ nostri ingenij nõ erunt, omnem curam, meditationem, diligentiam esse adhibendam, vt ea si non optime, at non indecore facere possimus. BRV. Sed quid tibi videtur de sententia, quæ statim subsequitur. Nam Aldus præter omniũ opinionem italegit. Nec tam est enitendum, vt bona quæ nobis data non sint, sequamur, quàm vt vitia fugiamus. LAE. Ita mediusfidius meus etiam Codex legit, nisi ꝙ vna voce dissentiat: nam consequamur pro sequamur habet. Quod tamen a phæresis, qua etiam nonnũq̃ Oratores vtuntur, facile excusabit. BRV. Nunc mihi recte perspexisse videor te non multum ab Aldo dissentire. LAE. Quantum mea fides patitur, semper cum eo consentio: Inter omneis enim eos, qui Libros vnq̃ nobis procudebant, nemo fuit aut Aldo doctior, aut diligentior. Accidit tamen vt aliquando nõ solũ ab hoc, sed ab omnibus dissentire cogamur. Est enim nostri Codicis antiquitati aliqd attribuendũ, præcipue

præcipue quũ magna & fide & diligentia sit conscriptus. Quemadmodum in hoc etiam loco, quem de virorum dignitate tractat, fideliter deprehendimus. Nos ita legimus: Nam & palestrici motꝰ sæpe sunt odiosiores, & histrionum nonnulli gestus ineptí non vacant offensione. Voce (offensione) omnia Exemplaria carent. BRV. Cõmode autem, vt mihi videtur, adest hæc vox, alioqui sententia nõ esset integra LAE Verum vt ea videretur illis integra, si dijs placet, dixerunt ineptijs pro inepti. Non longe autem pòst, vbi docet sermonem esse oportere lenem, minimeq; ptinacẽ, sic subiungit: Nec vero tanq̃ in possessionem venerit, excludat alios, sed cum reliquis in rebus, tum etiam in sermone cõmuni vicissitudinem non iniquam putet. Ita meus codex habet. atq; iste modus non plebeius, sed Ciceroni admodũ familiaris esse videtur. BRV. Videtur quidem. Sed priora verba non multum aberunt à vera sententia LAE. Ita est, vt ais: Hæc tamen lectio est & gratior & familiarior. Sic tu fortasse nulla alia ratione mutatum illꝺ putabis, quàm vt nunc putasti, quod est trium præceptorum in omni actione seruandorum tertium: sic enim, inquit Cicero. Tertium est, vt caueamꝰ, vt ea quæ pertinent ad liberalitatem, spe-

tem, ſpecie & dignitate moderata ſint. BRV. Non putabo. Longe enim aliud eſt, vt ea ſint moderata, quæ pertinent ad liberalitatem, ſpecie & dignitate, q̃ quæ ad liberalem ſpeciẽ pertinent & dignitatem. Nam docet, vt omnia & ſpecie & dignitate moderemur, quæ ſunt liberalitatis. LAE. Probe intelligis. Supereſt tamen adhuc, quod emendandum ſe offert, ferè in fine huius Primi libri. Quando plures credebant idcirco inítam eſſe cum hominib9 cõmunitatem & ſocietatem, quôd ea, quæ natura deſideraret, conſequi ſine alijs, atque efficere non poſſemus. Quam ſententiam acerrime oppugnat. Paſſim autem pro ínitam (iſtam) legunt. Quũ tamen hæc loquendi formula apud noſtrum Ciceronem admodũ ſit vſitata: vt ínire gratiam, amicitiam ſic etiam ínire ſocietatem, cõmunitatem dicere poſſumus. Præterea magis ad hunc locum (inítam, q̃ iſtam) quadrat, id quod tum ex ſuperioribus tum etiam ſequentibus verbis facile colligere licebit. BRV. Sic mihi videtur. Iam vero, quando enim nihil ampli9 habes, quod emendes, ad ſecundum Librũ te accingas.

CASTI

CASTIGATIONES SECVNDI LIBRI.

LAELIVS BRVTVS.

COgitanti mihi q̃ difficile esset, diu tius in hac castigandi molestia & negotio versari, qd̃ profecto quã plurimis (vt scio) ingratum est futurum, tandem occurrit, quod recte omnẽ molestiam leuabit. Est autem illud, cp ab ineunte ætate semper Ciceronis ingenium, studia, industriam, moresq; amauerim. Miserebat eñ me nostrum familiarem iniqua temporis vetustate toties esse deprauatum. Hæc itaq; prima causa erat, quę me mouit, vt alacri9 quicquid esset, sim aggressus. Nihil autem attenta ui, qd̃ non mei codicis autoritate testari potuerim. BRV. Mirabar profecto, cur in instituto labore ita cessares. LAE. Causam iam dixi. Sed tanti non est estimanda, vt mihi amplius sit aut moræ aut impedimẽto. Ausculta itaq;, paucis eñ absoluam hunc Secundum Librũ: nam singula psequi quæ vel mutata, vel emẽdata sunt, non est nostri instituti; More autem meo à leuioribus (vt antea dixi) semper exordiar, & paulatim ad maiora pgrediar. Illud est quod te admoneri volo, ita recte legenda esse hæc verba. Maximis igitur in malis, hoc tamẽ

boni

boni assequuti videamur, vt ea literis manda-
remus, quæ nec satis erant nota nostris, & erãt
cognitione dignissima. Omnes legunt tantũ,
pro tamen: quod absurdum est. Cicero eñ sic
ait: etiamsi iam simus in maximis malis, tamẽ
hoc boni consecuti videmur. Nam hæc vox
(tamen) est aduersatiua, neq; vllam significat
quantitatem. Præterea quis speraret se aliquid
boni, ne dum tantum ex maximis malis posse
consequi? BRV. Recte colligis. LAE. Sic enim
sola exemplaris mei antiquitate fretus, ad hũc
modum sequentia verba lego. In quo lapsa
consuetudo deflexit à via, sensimq; eò deduc-
ta est, vt honestatẽ ab vtilitate secernens con
stitueret esse honestum aliquod, quod vtile nõ
esset, vtile quod non honestũ. Reliqui codices
habent: In quo verbo Meus vero codex tanq̃
supfluum respuit: deinde pro eo qd̃ est hone-
statem ab vtilitate, habent ab honesto vtile.
BRV. Parum discriminis est LAE. Est qui-
dem, aliquid tamen venerandę mei Codicis
vetustati concedendum putaui. quum magnã
vbiq; in eo fidem experiar. BRV. Credo. Illũd
vero nõ magna fide mihi mutasse videris, qd̃
tradit de medicinæ beneficio ijs verbis: Quib⁹
rebus exculta hominũ vita tantum distat à vi
ctu & cultu bestiarum, dic cur legis distat?

Lælius

LAE. Dicam: An non hominum vita excultior est, q̃ bestiarũ? BRV. Est quidem. LAE. Non ergo distat, hoc est, differt, & magno quidem discrimine? BRV. Fateor. Dic autem an non etiã destiterit, qđ est decesserit & se à brutorum victu remouerit? LAE. Quod si id verum velis, non video quin & re & nomine sis Brutus. Non enim potes desistere, id est, desinere, nisi olim cũ bestijs cibum ceperis, atq; vixeris. BRV. Stomachũ tibi moui. LAE. Si dissitit legeres, facile concederem. Nanq; nõ de temporis ratione, sed de vocis significatione tecũ contendo. BRV. Perge. LAE. Simili ratione sum adductꝰ, vt illũ locum, quem de captanda multitudinis gloria habes, mutarem. Hæc enim sunt Ciceronis verba. Hæc autem (sicut est simpliciter breuiterq; dicendũ) qbus rebus parantur à singulis, eisdem ferè à multitudine: Hactenus legebant vulgo, si pro sicut, & pariuntur pro parantur. De priore quidem voce nihil est qđ sit disputandũ, sed quòd pariuntur legant, figuratũ esse video, atq; id satis durum. Vnde recte substituendũ esse puto, quemadmodũ meus codex testatur parantur; sic est significantius vocabulũ, nempe sine figura. Deinde longe quidem, pòst diuersa etiã sequitur lectio, videlicet in Epistola Philippi

Macedonum Regis, quam ad ſuum filiũm Alexandrum ſcripſit, in qua prudens pater ſubtum filium à populari largitione dehortatur, ne ſibi poſthac pecunia ſua amicos emat. In vero ego emendauí: An tu id agis, vt Macedones non te regem ſuum, ſed miniſtrum & prębitorẽ ſperent fore? Iam hæc clauſula Ciceronis eſt. Bene miniſtrum & prębitorem, quę ſordidum Regi. Eſt enim Ciceroni noſtro admodum familiare, ſuas clauſulas alienis attexere, ſiue ſubiungere verbis: Quemadmodũ ſtatim ſubdit. Meliꝰ etiam quod largitionem corruptelam eſſe dixit. B R V. Iam intelligo. Quaſi nõ dixiſſet (melius) niſi (bene) præcederet. L A E. Rem ipſam putas. B R V. Deinde legis cæteris pro certis, neſcio tamen qua ratione fiat. L A E. Dicam tibi. Cicero iubet, vt eos quos inuiti offendimus, cæteris officijs nobis reconciliemus. Tũ enim inuiti amicos offendimus, ſi ꝓpinquus à noſtro aliquo amico in ius fuerit vocatus, atq; nos ꝓpinquo, cui in hoc officio plus quã alteri debemus, fuerimus aduocati. Vñ iubet reliquis operis & officijs compenſandum eſſe id quod violatum videbitur. B R V. Recte intelligis. L A E. Si vero certis legeris, quid aliud erit, niſi vt te certa cõditione redimas prius ab amicis, quã propinquum in

quum in lite fuueris? BRVTVS. Satis absurdum esse videretur. LAELIVS. Ita sané puto. Sed pollicitus sum tibi me breuiorem q̃ antea futurum. Quare si quid erit, quod te dignũ fuerit, in ipso Cicerone emendatum reperies. Nolo enim vt mea collocutione diutius ab huius autoris lectione detineare.

CASTIGATIONES LIBRI TERTII.

LAELIVS BRVTVS.

NEscio quomodo accidat BRute, vt quanto magis in hac re progrediar, tanto minus propositum finem consequar. Ita enim se hoc negocium aperit, quasi nullum terminum sit habiturum, in quo desinat, B R V. Illud te hortor, ne in medio cursu, vt aiunt, desinas. Quemadmodũ enim Apelles Pictor, qui Veneris, caput & pectus politissima arte perfecerat, sed reliquam corporis partem inchoatam reliquerat, maiorem inde repottasset laudem, si totam absoluisset effigiem. Ita tu etiam si in medio hoc negocio, quod non sine laude exorsus es, cessaueris, parum gloriæ aut dignita-

is ad te accedet. LAELIVS. Recte vero hor
taris. Verum vt ad institutum redeamus labo
rem, breui accipe. Male legunt non longe a
principio ad hunc modum. Quamobrem d
iudicio Panætij dubitari potest. Recte ne au
tem hanc tertiam partem ad exquirendũ offi
cium adiunxerit, an secus: de eo fortasis dubi
tari potest. Meus Codex pro extremo (dubita
ri) legit disputari, probe quidem & prudenter.
Cicero enim statim ingreditur in disputatio
nem, in qua omnem tollit dubitationem.
BRV. Verum est profecto, quod ais: licet prę
non planè perspexerim. LAELIVS. Deinde
eodem modo corrupte legitur non longe in
ferius ijs verbis. Cum autem aliquid actũ est,
in quo media officia comparantur, id cumula
te videtur esse perfectum. Nihil autem Cicero
de eo loquitur, quo media officia comparari
possent, sed in quo tantum cernantur. Quam
obrem meo Codex hunc locum ita emendat,
legit enim pro comparantur compareant.
BRVTVS. Auscultô sedulô. LAELIVS.
Deinde etiam sic legendum esse puto, mei qui
dem Codicis autoritate commonitus: Quo
circa nec id quod vere honestum est, fas est, cũ
vtilitatis repugnantia comparari. BRVTVS.
Quomodo Aldus legit? LAELIVS. Is est,

qui om

qui omnium proxime accedit ad hanc sententiam, nisi quod vtilis pro vtilitatis habeat. Reliqui vero subiungunt causalem vel similitudinis particulam (vt) quod stultum esse videtur. BRVTVS. Hæc leuia videntur esse, grauius tibi adferam. LAE. Adfer si potes. BRV Possum. Quid enim ad ea respondebis, quæ iam adduco. Sed si cum animum attenderis, turpitudinem videas adiunctam ei rei, quæ speciem vtilitatis attulerit, tunc vtilitas non requirenda est. LAE. Dic vero mi Brute, quomodo hæc verba cohæreant. Qua enim ratione vtilitas non requirenda est, vbi nulla sit vtilitas? Dicit enim Cicero nihil esse vtile, quod non sit honestū. Ergo nulla vtilitas requirenda est, vbi non erit honestas. Meus vero codex habet, tunc vtilitas non est relinquenda. Quasi dicat: si existimes tibi relinquendā esse vtilitatem, vt vulgus putat, sine honestate, sic habeto, quod nulla sit vtilitas, quæ sit inhonesta. Magis igitur turpitudinem, quā vtilitatē relinques. BRV. De neutro tecum contendā: nam vtrunq; ferè est idem. LAE. Neq; ego longius de hac re tecum rixabor, meus tamen Codex in hoc loco reliquis est integrior. Pauca adhuc habeo, quæ tecum conferam. Nos ita legimus & intelligimus. In eisdem versabi-

mur, cum docebimus ea quæ videntur esse vtilia, neq; sint virtuti inimica, hoc est, quando ea declarabimus, quæ & vtilia & honesta sint. Qui aliter legit, id quod iurare possum, nunquã intelliget. BRVTVS. Serio autem adfirmas, vt video. LAELIVS. Hoc vero quasi extremam adhibuerim manum, tibi subiungam. Vna enim vox meo quidem iudicio diuersam nobis parit sententiam. Hæc vero verba sunt Ciceronis: Dicunt enim voluptatis magnitudinem doloris detractione fieri. Meus Codex habet finiri, vt sit sensus, quantum detraxeris doloti, quo Epicurus mala terminauit, tantum etiam detrahes magnitudini voluptatis, in qua idem Epicurus bona posuit, atq; hoc modo vnum cum altero conferuet. Si enim Epicureis dolor stare non poterit, neq; voluptas stabit, qui hac summa bona, illo vero summa mala metiuntur. BRVTVS Non puto tamen adeò absurdum esse, si etiam fieri legatur. LAELIVS. Nescio profecto quã sit absurdum. Illud vero scio diuersam esse sententiam, si fieri legeris. BRVTVS. An non staret hæc sententia? Quantum doloti detraxeris, tantum accedet ad voluptatis magnitudinem LAELIVS. Mihi non videtur. Ego autem ob eam causam, hanc susceptí

sceptí disputationem, vt tibí morem gererem, atq; nostrum familiarem Ciceronem à plerisq; erroribus vindicarem. Tibi iam pro mea quidem parte satisfeciſſe mihi videor, Ciceroní vero non videor, etiamsi maxime velem. Dignus enim eſt, in cuius laude omnia mea ſtudia, omnem operam, omnem induſtriam, & cogitationem figam atq; collocem.

FINIS.

MARCI TVLLII CICERONIS Liber de Amicitia.

CVM ANNOTATIONIBVS D. Erasmi Roterodami, & Philippi Melanchtonis. Hoc signo ✠ prænotatis. (*)

M. D. XXXIX.



D. Dialo

Summa

M. TVLLII CICERONIS LAELIVS SIue de Amicitia Dialogus, ad Tit. Pomponium Atticum Præfatio.

QVINTVS MVTIus Augur Scęuola multa narrare de C. Lælio socero suo memoriter & iucunde solebat, nec dubitare illum in omni sermone appellare sapientem. Ego autem à patre ita eram deductus ad Scæuolam sumpta virili toga, vt quoad possem et liceret, à senis latere nunquam discederem. Itaq; multa ab eo prudenter disputata, multa etiam breuiter & commode dicta memoriæ mandabam, fieriq; studebam eius prudentia doctior. Quo mortuo, me ad pontificem Scęuolam contuli, quem vnum nostræ ciuitatis & ingenio, & industria præstantissimum audeo dicere, Sed de hoc alias, nũc redeo ad Augurem. Quum sæpe multa narraret, tum me-

Lælio Scæuolæ Augu ris & Fannij socer.

Toga uiriles mores exigebat.

Scæuola pontifex.

Translatio

Hemicyclꝰ cathedra ĩ modum medij circuli. Pomponiꝰ Atticus. 2. P. Sulpitiꝰ et Q. Pompeius, quorũ alter tribunꝰ, alter uero consul fuit.

mini domi in hemicyclo sedentem (vt solebat) quum ego essem vnà, & pauci admodum familiares, in eũ sermonem incidere, qui tum ferè multis erat in ore. Meministi enim profecto, vt opinor Attice, & eo magis, qd' P. Sulpitio vtebare multum, quum is tribunus pleb. capitali odio â Q. Pompeio, qui tum erat consul, dissideret, qui cum cõiunctissime & amantissime vixerat quanta hominum esset vel admiratio vel querela. Itaq; tum Scæuola, quum in eam ipsam mentionem incidisset, exposuit nobis sermonem Lælij de amicitia habitũ ab illo secum, & cum altero genero C. Fannio Marci filio, paucis diebus post mortem Africani. Cuius disputationis sententias memorię mandaui, quas in hoc libro exposui meo arbitratu. Quasi enim ipsos introduxi loquentes, ne inquam, & inquit sæpius interponeretur. Atq; ideo feci, vt tanquam à præsentibus coràm haberi sermo videretur. Quum enim me cum sæpe ageres, vt de amicitia scriberem aliquid, digna mihi res, tum omniũ cogitatione, tum nostra familiaritate visa est. Itaq; feci nõ inuitus, vt prodessem multis tuo rogatu. Sed vt in Catone maiore feci (qui est scriptus ad te de senectute) ✠ Catonem induxi senem disputantem,

Cato maior.

✠ Dialogorũ autoritas.

sputantem, quia nulla videbatur aptior persona, quæ de illa ætate loqueretur, quam eius: qui & diutissime senex fuisset, & in ipsa senectute præ cæteris floruisset. Sic cum accepissemus à patribus maxime memorabilem C. Lælij & P. Scipionis familiaritatem C. Lælij persona visa est idonea fuisse, quæ de amicitia ea ipsa dissereret, quæ disputata ab eo meminisset Magister meus Scævola. Genus autem hoc sermonum positum in hominum veterũ autoritate, & eorum illustrium, plꝰ nescio quo pacto, videtur habere grauitatis. Itaq; ipse mea legens sic afficior interdũ, vt Catonem, non me loqui existimem. Sed vt tum ad Senem senex de senectute, sic in hoc Libro ad amicum amicissimus de amicitia scripsit. Tum est Cato locutus, quo erat nemo ferè senior temporibus illis, nemo prudentior. Nunc Lælius & sapiens (sic enim est habitus) & amicitiæ gloria excellens, de amicitia loquitur. Tu velim à me animum parumper auertas, Lælium loqui ipsum putes. C. Fannius, & Q. Mutius ad socerum veniunt post mortem Africani, ab his sermo oritur. Respondet Lælius, cuiꝰ disputatio est de amicitia, quam legens tu ipse cognosces, Fannius. Sunt ista vera Læli, nec

C. Lælij, et P. Scipionis familiaritas.

Plus habet grauitatis sermo positus in autoritate uetustorum & illustrium uirorum.

enim melior vir fuit Africano quisquam, nec clarior. Sed existimare debes omnium oculos in te esse conjectos, vnum te sapientem appellant & existimant, tribuebatur hoc modo M. Catoni. Scimus L. Acilium apud patres nostros appellatum esse sapientem. Sed vtrique alio quodam modo. Acilius quia prudens esse in iure ciuili putabatur, Cato quia multarum rerum vsum haberet, multaq; eius & in Senatu, & in foro vel prouisa prudenter, vel acta constanter, vel responsa acute ferebantur, propterea quasi cognomen iam habebat in senectute sapientis. Te autem alio quodam modo dicunt, non solum natura & moribus verum etiam studio & doctrina esse sapientem. Nec sicut vulgus, sed vt eruditi solent appellare sapientem, qualem in reliqua Græcia neminem. Nam qui septem appellantur, eos, qui ista subtilius quærunt, in numero sapientum non habent. Athenis vnum accepimus, & eum quidem etiam Apollinis oraculo sapientissimum iudicatum. Hanc esse in te esse sapientiam existimant, vt omnia tua in te posita esse ducas, humanosq; casus virtute inferiores esse putes. Itaq; ex me quærunt, credo, & ex hoc item Scæuola, quonam pacto

L. Acilius.

Septẽ Græciæ sapientes.

Socrates Apollinis oraculo sapientissimus iudicatus.

Definitio sapientis

pacto mortẽ Africani feras, eoq; magis, quòd his proximis Nonis cũ in hortos D. Bruti ✠ Auguris, cõmentandi causa (vt assolet) venissemus, tu non affuisti, qui diligentissime semper illum diem, & illũ munus solitus esses obire. Scæuola. Quærunt quidem C. Læli multi, vt est à Fannio dictũ. Sed ego id respondeo, quod animaduerti te dolorem, quẽ acceperis, cum summi viri, tum amantissimi mortẽ ferre moderate, nec potuisse non cõmoueri, nec fuisse id humanitatis tuæ: quòd autem his Nonis in nostro collegio non affuisses, valetudinem respondeo causam, non mœstitiã fuisse. Lælius. Rectè tu quidem Scęuola & vere. Nec enim ab isto officio, quod semper vsurpaui, cũ valerem, abduci incõmodo meo debui, nec vllo casu arbitror hoc constanti homini posse cõtingere, vt vlla intermissio fiat officij. Tu autem Fanni qui mihi tantũ tribui dicis, quantũ ego nec agnosco, nec postulo, facis amice, seu vt mihi videris non recte iudicas de Catone, aut enim nemo (quòd quidem magis credo) aut si quisquã est, ille sapiens fuit. Quomodo enim (vt alia omittam) mortem filij tulit? Meminerat Paulũ, viderat Casum. Sed hi ne cõparentur Catoni maximo & spectato viro.

De Augurum officio li. 1. diuina.

Quamobrem caue Catoni anteponas ne istũ quidẽ ipsum quem Apollo (vt ais) sapientissimũ iudicauit. Huiꝰ enim facta, illius dicta laudantur. De me autem (vt iam cum vtroq; loquar) sic habetote. Ego si Scipionis desiderio me moueri negem, quàm id rectè faciã, viderint sapientes, sed certè mentiar. ✠ Moueor enim tali amico orbatus, qualis vt arbitror, nemo Vnquàm erit, & vt cõfirmare possum nemo certè fuit. Sed non egeo medicina, me ipe consolor, & maximo illo solatio, quod eo errore careo, quo amicorũ discessu pleriq; angi solent. Nihil mali accidisse Scipioni puto, mihi accidit, si quid accidit. Suis autem incõmodis grauiter angi, non amicũ, sed seipsum amantis est Cum illo vero quis neget actũ esse pręclare? Nisi enim (quod ille minime putabat) immortalitatẽ optare vellet, quid non est adeptus, quod homini fas esset optare? Qui summã spem ciuium, quam de eo iam puero habuerant, continuo adolescens incredibili virtute superauit, qui consulatũ petijt nunquàm, factus est consul bis, primum ante tempus, iterum sibi suo tempore, Reip. penè sero, qui duabus vrbibus euersis, inimicissimis huic imperio, non modo præsentia, verum etiam futura bel-

Scipionis laus.

Quõ ferat mortem eloquentissimi hominis

Angi grauiter, incommodis amicitiis qualesit

4.

tura bella deleuit. Quid dicam de moribus facillimis? De pietate in matrem? Liberalitate in sorores? Bonitate in suos? Iustitia in omnes? Hæc nota sunt vobis, quàm autem ciuitati charus fuerit, mœrore funeris indicatum est. Quid igitur hunc paucorum annorũ accessio iuuare potuisset? Senectus enim quãuis non sit grauis (vt memini Catonem vno anno antequam mortuus est, mecũ & cum Scipione disserere) tamen aufert eam viriditatem, in qua etiam nũc erat Scipio. Quamobrem vita quidem talis fuit, vel fortuna, vel gloria, vt nihil posset accedere. Moriendi autem sensum celeritas abstulit, quo de genere mortis difficile dictu est. Quid homines suspicẽtur, videtis. Hoc tamẽ vere licet dicere P. Scipioni ex multis dieb⁹, quos in vita celeberrimos letissimos q̃ viderit, illũ diem clarissimum fuisse, cum senatu dimisso domũ reductus ad vesperam est à patrib⁹ conscriptis, à populi Ro. sociis, & Latinis, pridie quàm excesserit ẽ vita, vt ex tam alto dignitatis gradu ad superos videatur propiõ quàm ad inferos pueniſſe. Neq; enim assentior his, qui hæc nuper disserere cœperunt, cum corporibus simul animas interire, atq; omnia morte deleri, plus apud me antiquorũ auctori-

Scipionis mors à tota Rhoma deplorata.

Quod anima sit immortalis.

A 5 tas va-

tas valet, vel nostrorum maiorũ qui mortuis tam religiosa iura tribuerunt, quod non fecissent profecto si nihil ad eos pertinere arbitrarentur, vel eorum, qui in hac terra fuerunt, magnamq; Græciam (quæ nunc quidem deleta est, tum florebat) institutis & præceptis suis erudierunt, vel eius qui ✝ Apollinis oraculo sapientissimus est iudicatus, ✝ qui nõ tum hoc, tum illud, vt in pleriscq;, sed idem dicebat semper, animos hominum esse diuinos, iisq; cum è corpore excessissent reditum ad cœlũ patere, optimoq; & iustissimo cuiq; expeditissimũ, quod idem Scipioni videbatur, qui idem quasi præsagiret, perpaucis ante mortem diebus, cum & Pilus & Manilius adessent, & alij plures, tuq; etiam Scęuola me cõuenisses, disseruit triduum de Repub. cuius disputationis fuit extremum ferè de immortalitate animorum, quæ se in quiete per visum ex Africano audisse dicebat. Id si ita est, vt optimi cuiusq; animus in morte facillime euolet, tanquam è custodia vinculisq; corporis, cui censemus cursum ad deos faciliorem fuisse quàm Scipionis? Quocirca mœrere hoc eius euentu, vereor ne inuidi magis, quàm amici sit. Sin autem illa vereor, vt idem interitus sit animorũ & corporum, nec

Ratio

De Pythagora loquitur.

Inuehitur in Platonẽ quaria de animæ immortalitate sensit.

Pilus.

Manilius.

rum, nec vllus sensus maneat, vt nihil boni est in morte, sic certe nihil est mali. Sensu enim amisso fit idem quasi natus non esset omnino. Quem tamen esse natũ & nos gaudemus & hæc ciuitas, dum erit, lætabitur. Quamobrem cum illo quidem (vt supra dixi) actũ optime est, mecũ autem incommodius, quem fuit æquius, vt prius introieram in vitam, sic prius exire de vita. Sed tamen recordatione nostræ amicitiæ sic fruor, vt beate vixisse videar, quia cum Scipione vixerim, quo cum mihi cõiuncta cura de Repub. & de priuata fuit, quo cum domus fuit, & militia communis, & id in quo est omnis vis amicitiæ, voluntatum, studiorũ, sententiarum summa consensio. Itaq; nõ tam ista me sapiente (quam modo Fannius cõme morauit) fama delectat, falsa præsertim quàm quod amicitiæ nostræ memoriam spero sempiternã fore, idq; mihi eo magis est cordi, q̃d ex omnibus seculis, vix tria aut quatuor nominantur paria amicorũ, quo in genere sperare videor Scipionis amicitiã, & Lælij, notam posteritati fore. Fannius. Istud quidem Læli ita necesse est. Sed quoniã amicitiæ mentionem fecisti, & sum⁹ otiosi, pergratum mihi feceris, spero item Scæuolę, si quemadmodum soles de cæte-

7. *Quid sit amicitia.*

Vix tria aut quatuor amicorũ paria nominantur.

de cæteris rebus, cum ex te quæruntur, sic de amicitia disputaris, quid sentias, qualem existimes, quæ præcepta des. Scęuola. Mihi vero erit gratum, atq; idipsum, cũ tecum agere conarer Fannius anteuertit. Quamobrem vtriq; nostrum gratum admodum feceris. Lælius. Ego vero non grauarer, si mihi ipse confiderem. Nam & pręclara visa res est, & sum⁹ (vt dixit Fannius) otiosi, sed quis ego sum? Aut quæ in me est facultas? Doctorum est ista cõsuetudo eaq; Græcorũ, vt ijs præponatur, de quo disputent, quamuis subito. Magnum op⁹ est, egetq; exercitatione non parua. Quamobrem quæ disputari de amicitia possunt, ab eis censeo petatis, qui ista profitentur. Ego vos hortari tantum possum, vt amicitiam omnib⁹ rebus humanis anteponatis. ✠ Nihil est em̃ tam naturę aptum, tam conueniens ad res vel secundas, vel aduersas. Sed hoc primũ sentio, nisi in bonis amicitiam esse nõ posse. Neq; id ad viuum reseco, vt illi qui hæc subtilius disserunt fortasse vere, sed ad communem vtilitatem parum. Negant enim quenquam virum bonũ esse, nisi sapientem. Sit ita sanè, sed eam sapientiam interpretantur, quam adhuc mortalis nemo est consecutus. Nos autem ea quæ sunt in

Exordium

8.

Magnum op⁹ e, ex tempore disputare de graui questione

Propositio generalis. Amicitia oibus reb⁹ hũanis anteponenda

9.

Amicitia nisi in bonis esse nõ

sunt in vsu, vitaq; communi, non ea quæ fin- *potest, de-*
guntur, aut optantur sperare debemus. Nun- *clarat au-*
quam ego dicam C. Fabricium, M. Curium, *tem q sint*
T. Coruncanum, quos sapientes nostri maio- *boni.*
res iudicabant, ad istorum normam fuisse sa-
pientes. Quare si habeant sapientiæ nomen,
et inuidiosum et obscurum concedantq; vt hi
boni viri fuerint: neque id quidem facient, ne-
gabunt id nisi sapienti posse concedi. Agam9
igitur pingui Minerua, vt aiunt. Qui ita se ge- *Pingui Mi-*
runt, ita viuunt, vt eorum probetur fides, inte *nerua.*
gritas, æqualitas, liberalitas: nec sit in eis vlla
cupiditas, vel libido, vel audacia, sintq; magna constantia, vt hi fuerunt, quos modo nomi
naui. Hos viros bonos, vt habiti sunt, sic etiã ro
appellandos esse putem9, qui assequũtur quan *Natura op*
tum homines possunt, naturam optimam re- *tima recte*
cte viuendi ducem. Sic enim perspicere mihi *uiuẽdi dux*
videor, ita natos esse nos, vt inter omnes esset
societas quædã. Maior autem, vt quisq; proxi
me accederet. Itaque ciues potiores sunt quã
peregrini, & propinqui quàm alieni, cum his
enim amicitiã natura ipsa peperit. Sed ea non
satis habet firmitatis. Namq; hoc præstat ami
citia propinquitati, quod ex propinquitate be
neuolentia tolli potest, ex amicitia autem non

potest.

potest. Sublata enim beneuolentia, amicitiæ
11 nomen tollitur, propinquitatis manet. Quanta autem vis amicitiæ sit, ex hoc intelligi maxime potest, quod ex infinita societate generis humani, quam cõciliauit ipsa natura, ita cõtracta res est, & adducta in angustũ, vt omnis charitas aut inter duos aut inter paucos iungeretur. Est autẽ amicitia nihil aliud, nisi omnium diuinarum, humanarũq; rerum cum beneuolentia & charitate summa cõsensio. Qua quidem haud scio, an, excepta sapientia, quicquam melius homini sit à Dijs immortalibus datum. ✣ Diuitias alij præponunt, bonã alij valetudinem, alij potentiã alij honores. Multi etiam voluptates: Beluarũ hoc quidem extremum est. Illa autem superiora sunt caduca & incerta, posita non tam in nostris consilijs quàm in fortunæ temeritate. Qui autẽ in virtute summũ bonum ponunt, præclare illi quidem, sed hæc ipsa virtus amicitiã gignit & continet. Nec sine virtute amicitia esse vllo pacto potest. Iam virtutem ex cõsuetudine vitæ, sermonisq; nostri interpretemur. Nec mẽtiamur
14 eam (vt quidam indocti) verborum magnificentia, virosq; bonos, eos qui habentur, numeremus, Paulos, Catones, Caios, Scipiones, Pi-

Amicitiæ definitio.

Distributio, qua reliquis bonis antefert amicitiam.

13. *Sine virtute amicitia esse non potest.*

los, his

los, his communis vita contenta est. Eos autem omittamus, qui omnino nusquam reperiuntur. Tales igitur inter viros, amicitia tantas opportunitates habet, quantas vix queo dicere. Principio quis potest esse vita vitalis (vt ait Ennius) qui nõ in amici mutua beneuolentia conquiescat? † Quid dulcius, quàm habere quo cum omnia audeas sic loqui, vt tecum? Quis esset tantus fructus in prosperis rebus, ni si haberes, qui illis æque ac tu ipse gauderet? Aduersas vero res ferre difficile esset sine eo, qui illas grauius etiam quàm tu ferret. Denicq; cæteræ res quæ expetũtur, opportunæ sunt singulæ res ferè singulis, diuitiæ vt vtare, opes vt colare, honores vt laudãre, voluptates vt gaudeas, valetudo vt dolore careas, & muneribus fungare corporis. Amicitia plurimas res continet, quoquò te verteris, prẽsto adest: nullo loco excluditur, nunquàm intempestiua, nunq; molesta est. Itaq; non aqua, non igni, nõ acre, vt aiunt, pluribus locis vtimur q̃ amicitia. Neq; ego nunc de vulgari, aut de mediocri (quæ tamen ipsa delectat & prodest) sed de vera & perfecta loquor, qualis eorũ qui pauci nominantur, fuit. Nam & secundas res splendidiores facit amicitia, & aduersas partiens, cõmunicansq;

15 Alij legũt
16 sui
17 Commodũm Congeries cõmodorũ ex amicitia proficiscentium.

Amicitia æque necessaria ac clemens.

nicanſq; leuiores. Cumq; plurimas, & maximas commoditates amicitia contineat, tamẽ illa nimirum præſtat omnibus, quod bona ſpe prælucet in poſterum. Nec debilitari animos, aut cadere patitur, verũ etiam tam amicum q intuetur, tanquã exemplar aliſquod intuetur, ſui. Quocirca & abſentes adſunt, & egentes abundant, & imbecilles valent, & quod difficilius dictu eſt, mortui viuũt. Tant9 eos honos, memoria, deſideriũ proſequitur amicorũ. Ex quo illorum beata mors videtur, horum vita laudabilis. Quod ſi exemeris ex natura rerum beneuolentiæ cõiunctionem, nec domus vlla, nec vrbs ſtare poterit, nec agri quidem cultus permanebit: id ſi minus quidem intelligitur, quanta vis amicitiæ, concordiæq; ſit, ex diſſenſionibus, atq; ex diſcordijs percipi poteſt. Quę enim domus tam ſtabilis, quæ tam firma ciuitas eſt, quæ non odijs atq; diſſidijs funditus poſſit euerti? Ex quo quantũ boni ſit in amicitia, iudicari poteſt. Agrigentinum doctum quendam virũ carminib9 Græcis vaticinatum ferunt, quæ in rerũ natura, totoq; mundo conſtarent, quęq; mouerentur, ea contrahere amicitiam, diſſipare diſcordiam, atque hoc qdem omnes mortales & intelligunt, & re probant.

18 *Omnia ſine amicitia corruunt.*

Empedocles Agrigentinus Poeta, dicebat omnes res et mundũ totum cõſtare ex amicitia.

Itaque

Itaq; si quando aliquod officium extitit amici in periculis aut adeundis, aut cõmunicandis, quis est qui id non maximis efferat laudibus? ✠ Qui clamores tota cauea nuper in hospitis & amici mei M. Pacuuij fuerunt in noua fabula, cũ ignorante Rege vter eorum esset Orestes, Pylades Orestem se esse diceret, vt pro illo necaretur, Orestes autem, ita vt erat, Orestem se esse perseueraret? Stantes autem plaudebant in re ficta. Quid arbitramur in vera fuisse facturos? Facile indicabat ipsa natura vim suam, cũ homines qđ facere ipsi nõ possent, id recte fieri in altero iudicarẽt. Hactenꝰ mihi videor de amicitia quod sentirem, potissime dixisse. si qua præterea sunt (credo autem esse multa) ab his si videbitur, qui ista disputãt quęritote. Fannius. Nos autem â te potius, quam quam etiam ab istis sępe quæsiui, & audiui nõ inuitꝰ quidem. Sed aliud quoddam expetimꝰ filum orationis tuæ, Scæuola. Tu magis id diceres Fanni, si nuper in hortis Scipionis, cum est de Repub, disputatum, affuisses, qualis tum patronis iustitiæ fuit contra accuratam orationem Pili. Fannius. Facile id quidem fuit iustitiã iustissimo viro defendere, Scęuola. Quid, amicitiam? Nõnne facile ei erit, qui ob eam

✠ Hypothesis. Cauea M. Pacuuius tragœdiã de Oreste & Pylade

Conclusio.

Filum orationis.

summa fide, constantia, iustitiaq; seruatã, maximam ceperit gloriam: Lęlius. Vim hoc quidem est afferre. Quid enim refert, qua me ratione cogatis? Cogitis certe, studijs enim generorum, præsertim in re bona, tum difficile est, cum ne æquum quidem obsistere. Sæpissime igitur mihi de amicitia cogitanti, maxime illud considerandũ videri solet, num propter imbecillitatem, atq; inopiam desideranda sit amicitia? Vt in dandis, recipiendisq; meritis, quod quisque munus per se posset, id acciperet ab alio, vicissimq; redderet: an esset hoc quidem propriũ amicitiæ, sed antiquior & pulchrior, & magis à natura ipsa profecta alia causa esset. Amor enim (ex quo amicitia est nominata) princeps est ad beneuolentiam coniungendam. Nam vtilitates quidem etiam ab his percipiuntur sæpe, qui simulatione amicitiæ coluntur, & obseruantur causa temporis. In amicitia autem nihil fictum, nihil simulatũ, & quicquid in ea est, idem verum, & voluntariũ est. Quapropter à natura mihi videtur potius quàm ab imbecillitate orta amicitia, & applicatione magis animi cũ q̃dam sensu amandi, quàm cogitatione, quantũ illa res vtilitatis esset habitura. Quod quidem quale sit, etiam in bestijs

De causis amicitiæ

Antiquior i. nobilior Amor ex quo amicitia à natura potius, quàm ab imbecillitate orta est. Fictum & simulatũ.

in bestijs quibusdam animaduerti potest, quæ ex se natos ita amant ad quoddam tempus, et ab eis ita amantur, vt facile earũ appareat sensus, quod in homine multo est euidentius. Primum ex ea charitate quæ est inter natos & parentes, quæ dirimi (nisi detestabili scelere) non potest. Deinde cum similis sensus extitit amoris si aliquem nacti sumus, cuius cum moribꝰ & natura cõgruamus quod in eo quasi lumen aliquod probitatis & virtutis prospicere videamur. Nihil est enim amabilius virtute, nihil quod magis alliceat homines ad diligendum: quippe cum propter virtutem & probitatem eos etiam, quos nunquam vidimus, quodam modo diligamus Quis est qui C. Fabritij, M. Curij cũ charitate aliqua & beneuolentia memoriam non vsurpet, quos nunquam viderit? Quis autem est qui Tarquiniũ Superbum, qui SP. Cassium, SP. Melium non oderit? Cum duobus Ducibus de imperio in Italia decertatum est, Pyrrho & Annibale. Ab altero propter probitatem eius nominis, non alienos animos habemꝰ. Alterũ propter crudelitatem eius, semper hæc ciuitas oderit. Quod si tanta vis probitatis est, vt eã vel in eis quos nũquam vidimus, vel quod maius est, in hoste etiam diligamus,

Nihil amabilius virtute, nihil quod magis alliciat homines ad diligendum.

De Spurio Cassio T. Liui Lib. 2

De Sp. Melio lib. ab urbe cõdita quarto.

Pyrrhꝰ et Annibal.

ligamus, quid mirum est, si animi hominum moueantur, cũ eorum quibus cum vsu coniuncti esse possint, virtutem & bonitatem perspicere videantur. Quanquã confirmatur amor & beneficio accepto, & studio perspecto, & cõsuetudine adiuncta, quibus reb⁹ ad illum primũ motum animi et amoris adhibitis, admirabilis quædam exardescit beneuolentiæ magnitudo, quam si qui putant ab imbecillitate ꝓficisci, vt sit per quam quisq; assequatur qd' desideret, humilem sanè relinquũt, et minime generosum (vt ita dicã) ortum amicitiæ, quã ex inopia atq; indigentia nasci volunt. Quod si ita esset, vt quisq; valetudinis minimũ in se esse arbitraretur, ita ad amicitiam esset aptissimus quod longe secus est. Vt enim quisq; sibi plurimũ confidit, & vt quisq; maxime virtute et sapiẽtia sic munit⁹ est, vt nullo egeat, suaq; omnia in seipso posita iudicet, ita in amicitijs expetendis, colendisq; maxime excellit. Quid eñ erat African⁹ indigens mei? Minime hercle: at ne ego quidem illius, sed ego admiratione quadam virtutis eius, ille vicissim opinione fortasse nonnulla, quã de meis moribus habebat, me dilexit, auxit beneuolentiã consuetudo. Sed quanquam vtilitates multæ & magnæ con-

quid pro in quo sit Val

Zeuxma.

gnæ consecutæ sunt, nõ sunt tamen ab earum spe causæ diligendi profectæ. Vt enim bñfici liberalesq́ sumus, nõ vt exigam⁹ gratiam (neq́ em̃ beneficium fœneramur) seu natura propensi ad liberalitatem sumus Sic amicitiã non spe mercedis adducti, sed quod omnis ei⁹ fructus in ipso amore inest, expetendã putamus. Ab his qui pecudũ ritu ad voluptatem omnia referunt, longe dissentim⁹. Nec mirũ: nihil em̃ altum, nihil magnificum, ac diuinum suscipere possunt, qui suas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilẽ, tamq́ contemptã. Quãobrem hos quidem ab hoc sermone remoueamus, ipsi aũt intelligam⁹ à natura gigni sensum diligendi, & beneuolentiæ charitatem, facta significatione ꝓbitatis, quã qui appetiuerunt, applicant sese, & ꝓpius admouêt, vt vsu eius quẽ diligere cœperunt, fruantur & moribus, sintq́ pares in amore, & æquales, ꝓpensioresq́ ad bene merendũ, quàm ad reposcendũ Atque hæc inter eos sit honesta certatio. Sic & vtilitates ex amicitia maxime capientur, & erit eius ortus à natura, quàm ab imbecillitate, & grauior & verior. Nã si vtilitas amicitias conglutinaret, eadem cõmutata dissolueret. Sed quia natura mutari non potest,

Non esse fœnerandũ beneficium.

Amicitia nõ spe mercedis, sed ex fructu amoris expetẽda est.

Epilogus.

Sicut natura mutari nõ potest, ita amicitia quæ á natura est, ppetuo durat.

Idcirco veræ amicitiæ sempiternę sunt. Ortum quidem amicitię videtis, nisi quid adhuc fortevultis. Scęuola. Tu vero perge Læli, pro hoc enim qui minor est natu, meo iure respondeo. Fannius. Recte tu quidem, quamobrem audiamus.

LAELIVS.

Nihil difficilię quàm amicitiam usq; ad extremũ uitæ diem permanere.

AVDITE VEro optimi viri, ea quæ sępissime inter me & Scipionem de amicitia differebantur. Quanquam ille quidem nihil difficilius esse dicebat, quàm amicitiam vsq; ad extremũ vitæ diem pmanere. Nã vel vt non idem expediret vtriq;, incidere sæpe, velut de Reput. nõ idem sentirent. Mutari etiam mores hominum sæpe dicebat, aliâs aduersis reb9, aliâs ætate ingraueścente, atq; earũ rerũ exemplũ ex similitudine capiebat ineuntis ętatis, quod summi puerorũ amores sæpe vnâ cũ prætexta, & toga deponerentur. Sin autem ad adolescentiã perduxissent, dirimi tamen interdũ contentione, vel luxuriæ conditione, vel cõmodi alicuius qđ idem adipisci vterque non posset. Quod si qui longius in amicitia prouecti essent, tamen sæpe labefactari, si in honoris contentionem incidissent. Pestem enim maiorem esse nullã in amicitijs, quàm in pleriscq; pecuniæ cupiditatem.

Nulla maior pestis

In op-

In optimis quibuſq; honoris certamen, & gloriæ. Ex quo inimicitias maximas ſepe inter amicisſimos extitiſſe. Magna etiam diſſidia, & plerũq; iuſta naſci, cũ aliquid ab amicis quod rectum non eſſet, poſtularetur, vt aut libidinis miniſtri, aut adiutores eſſent ad iniuriã. Quod qui recuſarent, quãuis honeſte id facerent, iustũ amicitiæ deſerere arguerentur ab his quib⁹ obſequi nollent: illos autẽ qui quiduis ab amico auderent poſtulare, poſtulatione ipſa, pfiteri, omnia ſe amici cauſa eſſe facturos, Eorum querela inueterata, nõ modo familiaritates extingui ſolere, ſed etiã odia gigni maxima, atque ſempiterna. Hæc ita multa quaſi fato impendere amicitijs, vt omnia ſubterfugere, nõ modo ſapientiæ, ſed etiã fœlicitatis diceret ſibi videri. Quãobrem id primũ videamus, ſi placet, quaten⁹ amor in amicitia progredi debeat, num ſi Coriolanus habuit amicos, ferre contra patriam arma illi cũ Coriolano debuere? Num Becillinũ amici regnum appetentem? Num SP. Melium iuuare debuerunt? Tiberium quidem Grachum Remp, vexantem à Q. Tuberone, æqualibuſq; amicis derelictum vidébamus, At C. Bloſius Cumanus hoſpes familiæ noſtræ Scæuola, cũ ad me, qui aderam

in amicitia quam pecuniæ cupiditas.

Quatenus amor in amicitia progredi debeat.

Coriolano arma contra patriã mouens.

cum Lenate & Rutilio consulibus in consilio deprecatum venisset, hanc vt sibi ignoscerem causam afferebat, quod tanti Tib. Gracchum fecisset, vt quicquid ille vellet, sibi faciendum putaret. Tum ego, etiamne, inquã, si te in Capitolium faces ferre vellet? Nunquam, inquit voluisset id quidẽ, sed si voluisset, paruissem. Videtis quàm nefaria vox, & hercle ita fecit, vel plus etiam quàm dixit. Non enim paruit ille Tiberij Gracchi temeritati, sed etiam præfuit, nec se comitẽ illi9 furoris, sed ducem præbuit. Itaq; hac amentia quæstione noua perterritus, in Asiam profugit, ad hostes se contulit, pœnas Reipub. graues, iustasq; psoluit. Nulla est igitur excusatio peccati, si amici causa peccaueris. Nam cũ conciliatrix amicitiæ virtutis opinio fuerit, difficile est amicitiam manere, si â virtute defeceris. Quod si rectũ statuerimus, vel concedere amicis, quicquid velint, vel impetrare ab amicis quicquid velimus: perfecta quidem sapientia sum9, si nihil habeat tes vitij: sed loquimur de his amicis, qui ante oculos sunt, quos videmus, aut de quibus memoriam accepim9, aut quos nouit vita communis. Ex hoc numero nobis Exemplaria sumẽda sunt, & eorum quidem maxime, qui ad sapientiam proxime

Deprecari id est, a se crimen remouere.

Nefaria vox C. Blosij.

Nulla est excusatio peccati, si amici causa peccaueris.

proxime accedunt. Vidimus Paulum Aemilium C. Lucinio familiarem fuisse (sic à patribꝰ accepimꝰ) bis vnà consules, & collegas in censura. Tum etiam cũ ijs, & inter se coniunctissimos fuisse M. Curium, & T. Coruncanũ memoriæ traditum est. Igitur ne suspicari quidem possumus, quenquã horum ab amico quippiam contendisse, qđ contra fidem, contra iusiurandũ, contra Rempub esset. Nam hęc quidẽ in talibus viris quid attinet dicere, si cõtendissent, scio impetraturos nõ fuisse, cum illi sanctissimi viri fuerint. Aeque autem nefas sit tale aliquid & facere rogatũ, & rogare. At vero Tib. Gracchum sequebantur C. Carbo, C. Cato, & minime tunc quidem Caio fratri, nunc idem acerrimus inimicus.

HAec igitur prima lex in amicitia sanctatur, vt neq; rogemus res turpes nec faciamus rogati. Turpis enim excusatio est, & minime accipienda, cum in cæteris peccatis, tum si quis contra Rempub. se amici causa fecisse fateatur. ✠ Etenim eo loco Fanni & Scæuola locati sumus, vt nos longe prospicere oporteat futuros casus Reipub. Deflexit enim iam aliquantulum de spatio curriculoq; consuetudo maiorum. Tib. Gracchꝰ regnum occupare

Prima lex in amicitia ut neq; rogemus res turpes, nec faciamus rogati.

✠ *Excurrit in temporum calamitates.*

occupare conatus est, vel regnauit is quidem paucos menses. Nunquid simile populo Rho. audierat aut viderat? Hunc etiam post mortem secuti amici, & propinqui. Quid in P. Scipionem Nasicã effecerint, sine lachrymis non queo dicere. Nam Carbonẽ quoq; quem modo posuimus, propter recentem pœnam Tib. Gracchi sustinuimus. De C. Gracchi autem tribunatu quid expectem, non libet augurari. Serpit enim deinde res, quę procliuis ad perniciem cũ semel cœpit, labitur. Videtis in tabella iam ante quanta sit facta labes, primo Gabinia lege, biennio autem post Cassia. Videre iam videor populũ Roma à senatu dissunctũ, multitudinisq; arbitrio res maximas agi. Plures enim discent quemadmodum hæc fiant, quàm quemadmodũ his resistatur. Quorsum hæc? Quia sine socijs nemo quicquam tale conatur. Præcipiendum est igitur bonis, vt si in eiusmodi amicitias ignari casu aliquo inciderint, ne existiment ita se alligatos, vt ab amicis in magna re aliqua in Rempub. peccantibus non discedant. Improbis autem pœna statuenda est, nec minor vero ijs, qui sequuti erunt alterũ, quàm ijs qui ipsi fuerint impietatis duces. Quis clarior in Græcia Themisto-

cle?

cle? Quis potentior? Qui cum Imperator bello Persico seruitute Græciam liberasset, propterq; inuidiam in exilium missus esset, ingratę patrię inuidiam nō tulit, quam ferre debuit. Fecit idem quod XX. annis ante apud nos fecerat Coriolanus. His adiutor contra patriā inuentus est nemo. Itaq; mortē sibi vterq; conscíuit. ✠ Quare talis improborū consensio, nō modo excusatione amicitię tegenda non est, sed potiꝰ omni supplicio vindicanda est, vt ne quis concessum putet, amicū bellum patrię inferentē sequi. Quod quidem vt res cœpit ire, haud scio an aliquando futurū. Mihi autem non minori curæ est, qualis Respub. post mortem meam futura sit, quàm qualis hodie sit.

Coriolanꝰ et Themistocles mortem sibi cō sciuerunt.

✠ *Epilogus huius loci quatenus colendæ sint amicitiæ.*

HAec igitur prima Lex amicitię sanciatur, vt ab amicis honesta petamus, amicorum causa honesta faciamus, neque expectemus quidem dum rogemur, sed studium semp adsit, contatio abfit, consiliū verum dare gaudeamus libere, plurimum in amicitia amicorum bene suadentium valet autoritas. Eaq; adhibeatur ad monendū, non modo aperte, sed etiam acriter, si res postulabit, et autoritati adhibitę pareatur. ✠ Nam quibusdā, quos audio sapientes fuisse habitos in Græcia, placuisse

✠ *Dilutio argutiarū, quæ de a-*

micitia ponũtur á Græcis.

placuisse opinor mirabilia quædam. Sed nihil est qd illi non persequantur suis augurijs, partim fugiendas esse nimias amicitias, vt necesse sit vnũ solicitum esse pro pluribus, satis superq; esse sibi suarũ cuiq; rerum curam. Alienis nimis implicari molestũ esse, quàm cõmodissimũ esse laxissimas habenas habere amicitiæ, quas vel adducas cũ velis, vel remittas. Caput enim esse ad beate viuendũ securitatem, qua frui non possit animus, si tanquam parturiat vnus pro pluribus. Alios autem dicere aiunt etiam multo inhumanius, quẽ locum breuiter perstrinxi paulò ante, præsidij adiumenti q; causa, non beneuolentiæ, neque charitatis amicitias esse expetendas. Itaq; vt quisq; minimũ firmitatis habeat, minimum q; virium, ita amicitias appetere maxime. Ex eo fieri, vt mulierculæ magis amicitiarum præsidia quærant quàm viri, & inopes, quàm opulenti, & calamitosi quàm hi qui putantur beati.

πολυφιλία.

Solẽ é mundo tollere uidentur, qui amicitiam è uita tollunt.

O præclaram sapientiam. Solem enim è mundo tollere videntur qui amicitiam è vita tollunt, qua à dijs immortalibus nihil melius habemus, nihil iucundius. Quæ est enim ista securitas: specie quidem blanda, sed re ipsa multis locis repudianda est. Neq; enim est conse-

taneum,

taneum, vllam honestam rem, actionem uè, ne solicitus sis, aut non suscipere, aut susceptã deponere. Quod si curam fugimus, virtus fugienda est, quę necesse est vt cũ aliqua cura res sibi contrarias aspernetur atque oderit, vt bonitas malitiam, temperantia libidinem, ignauiam fortitudo. Itaq; videas rebus iniustis, iustos maxime dolere, imbecillib⁹ fortes, flagitiosis modestos. Ergo hoc ꝓprium est animi bene constituti, & lętari bonis reb⁹, & dolere cõtrarijs. Quãobrem si cadit in sapientem animi dolor, qui profecto cadit, nisi ex ei⁹ animo extirpatam hũanitatem arbitremur, quæ causa est vt amicitiam funditus tollam⁹ è vita, ne aliquas propter eam suscipiamus molestias? Quid enim interest (motu animi sublato) non dico inter pecudem & hominẽ, sed inter hominem & saxum, aut truncũ, aut quiduis generis eiusdem? Neque enim sunt isti audiendi, qui virtutem duram, & quasi ferream esse quãdam volunt, quæ quidem est tum multis in rebus, tum in amicitia tenera atq; tractabilis, vt ex bonis amici quasi diffundatur, & incõmodis distrahatur. Quãobrem angor iste qui pro amico sæpe capiendus est, non tantum valet vt tollat è vita amicitiam, non plus quàm vt

Proprium animi bene constituti.

In Stoicos.

contrahatur

virtutes,

✠ *Diluit alterā argutiā qua colligebāt Græci, amicitias esse utilitate metiendas Amicitia ex amore nascens. Morū similitudo amicitiam contrahit.* ὅμοιον ὁμοίῳ φίλον.

virtutes, quia nōnullas curas & molestias afferunt, repudientur. ✠ Cū autem contrahat virtus amicitiam (vt supra dixi) si qua significatio virtutis eluceat, ad quam se similis animus applicet & adiungat. Id cum contingit, amor ibi exoriatur necesse est. Quid em̄ tam absurdum, quàm delectari multis inanibus rebus, vt honore, vt ædificio, vt vestitu, cultuq; corporis, animo autem virtute prædito eo qui vel amare, vel (vt ita dicam) redamari possit, non admodū delectari? Nihil est enim remuneratione beneuolentię, nihil vicissitudine studiorum, officiorūq; iucundius. Quod si etiam illud addim⁹, quod recte addi potest, nihil est quod ad se rem vllam tam alliciat & tam attrahat, quàm ad amicitiam morū similitudo, conceditur ꝓfecto esse verum, vt bonos boni diligant, asciscantq; sibi quasi ꝓpinquitate cōiunctos, atque natura Nihil est enim appetentius similium sui, nihil rapacius quàm natura. Quāobrem hoc quidem Fanni, & Scęuola cōstat (vt opinor) bonis inter bonos quasi necessariam beneuolentiam esse, quæ est amicitiæ fons à natura constitutus. Sed eadem bonitas etiam ad multitudinem pertinet, non enim inhumana virtus, neque immunis, neque superba, quæ

ba, quæ etiam populos vniuersos tueri, etsq; 22
optime consulere soleat, quod non faceret, p-
fecto, si à charitate vulgi abhorret. Atque etí-
am mihi quidem videntur, qui vtilitatis causa
fingunt amicitias, amabilisimũ nodum ami-
citiæ tollere, non enim tam vtilitas parta per
amicum, quàm amici amor ipse delectat. Tũq;
illud fit, quod ab amico est, pfectum, iucundũ,
si cũ amore & studio est profectum. Tantũq;
abest vt amicitiæ propter indigentiam colan-
tur, vt ij qui opibus & copijs, maximeq; virtu
te prediti (in qua plurimũ est presidij) minime
alterius indigent, liberalissimi sint, & beneficẽ Alias bene
tissimi atque haud scio an ne opus sit quidem ficissimi.
nihil vnquam omnino deesse amicis. Vbi e-
nim studia nostra viguissent, si nunquam stu-
dio, nunquam consilio, nunquam opera no-
stra nec domi, nec militiæ Scipio eguisset?
Non igitur vtilitatem amicitia, sed vtilitas a-
micitiam consecuta est. Non ergo erunt homi
nes diuitijs affluentes audiendi, si quando de 23
amicitia, quã nec vsu, nec ratione habent co-
gnitam, disputabunt. Nam quis est (proh deũ
fidem atque hominum) qui velit, vt neq; dili-
gat quenquam, nec ipse ab vllo diligatur, cir-
cunfluere omnibus copijs, atque in omnium

rerum

Tyrannorum uita.

rerum abundantia viuere? Hæc enim est Tyrannorum vita, nimirũ in quo nulla fides, nulla charitas, nulla stabilis beneuolentiæ potest esse fiducia: omnia semper suspecta, atque soli cita sunt, nullus locus est amicitiæ. ✠ Quis enim aut eum diligat, quem metuit, aut eum a quo se metui putet? Coluntur tamen simulatione amicitiæ duntaxat ad tempus, quod si forte, vt fit plerunq; ceciderint, tum intelligetur quàm fuerint inopes amicorum. Quod Tarquinium dixisse ferunt, tum cum exul esset, se intellexisse, qs fidos amicos habuisset, quosq; infidos cum iam neutris gratiam referre posset. Quanquam miror in illa superbia, & importunitate, si quenquam habere potuit.

✠ *Ennius*

Quem metuunt oderunt, quem q; quisq; odit perijsse expetit.

In aduersis cognoscuntur amici.

Atq; vt huiꝰ quem dixi mores, veros amicos parare non potuere, sic multorum opes prepotentium excludunt amicitias fideles. Non enim solum ipsa fortuna cęca est, sed eos etiam plerunq; efficit cæcos quos complexa est. Itaq; illi efferuntur fastidio, & contumacia, neq; quicquam insipiente fortunato intolerabilius fieri potest. Atq; hoc quidẽ videre licet, eos, qui antea commodis fuerunt moribus, imperio, potestate, prosperis rebus immutari, spernicq; ab ijs veteres amicitias, & indulgere no-

Fortuna cæca.

24

uis.

uis. Quid autem stultius, quàm vt plurimum copijs, facultatibus, opibus possint cætera parare, quæ parantur? Pecuniam, equos, famulos, vestes, gloriam, vasa preciosa, amicos non parare, optimam & pulcherrimam vitę (vt ita dicam) supellectilem. Etenim cætera cum parantur, cui parentur nesciunt, nec cuius causa laborent. Eius enim est istorum quicquid est, qui vincit eos viribus. Amicitiarum sua cuiq; permanet stabilis, & certa possessio, vt etiam si illa maneant, quæ sunt quasi dona fortunæ, tamen vita inculta & deserta ab amicis non possit esse iucunda, sed hæc hactenus. Constituendi autem sunt, qui sint in amicitia fines, et quasi termini diligendi, de quibus tres video sententias ferri, quarum nullam probo. ✠ Vnam, vt eodem modo erga amicum affecti simus, quo erga nosmetipsos. Alteram, vt nostra in amicos beneuolentia, illorum erga nos beneuolentiæ pariter æqualiterq; respondeat. Tertiam, vt quanti quisq; seipsum facit, tanti fiat ab amicis. Harum trium sententiarum nulli prorsus assentior, nec enim illa prima vera est, vt quemadmodũ in se quisq;, sic in amicũ sit animatus. Quàm multa enim quæ nostra causa nunquam faceremus, facimus causa amicorum

Melius tamen dabiliusq; est amicos quam diuitias parare

Qui sint in amicitiæ fines.

25

✠ *Vt antea de fonte amicitiæ disseruit, ita, nunc exponit, quantum oporteat esse studiũ uoluntatiũ & animorum inter amicos.*

C *Summum*

micorum, præcari amicis ab indigno, supplicare, tum acerbius in aliquem inuehi, insectarique vehementius, quæ in nostris rebus non satis honeste, in amicorum fiũt honestissime. Multæque res sunt, in quibus de suis commodis viri boni multa detrahunt, detrahique patiuntur, vt ijs amici potiꝰ quàm ipsi fruantur. Altera sententia est, quæ definit amicitiam paribus officijs, ac voluntatibus Hoc quidem est nimis exigue, & exiliter ad calculos vocare amicitiam, vt par sit ratio acceptorum, & datorum. Dutior mihi & affluentior videtur esse vera amicitia, nec obseruare restricte, ne plus reddat quàm acceperit. Neque enim verendum est ne quid excidat, aut ne qd in terram defluat, aut ne plus æquo quid in amicitia congeratur. Tertius vero ille finis deterrimus, vt quanti quisque se ipse faciat, tanti fiat ab amicis Sæpe in quibusdam aut animus abiectior est, aut spes amplificandæ fortunæ fractior. Non est igitur amici talem esse in eum, qualis ille in se est. Sed potius debet eniti & efficere, vt amici facientem animum excitet inducatque in spem, cogitationemque meliorem. Alius igitur finis veræ amicitiæ constituendus est, si prius, quod maxime reprehendere Scipio solitus sit, edixe-

Ad calculos uocare.

ro. ✠ Negabat vllam vocem inimicitiorem amicitiæ potuisse reperiri, quàm eius qui dixisset ita amare oportere, vt aliquando esset osurus, nec vero se adduci posse, vt hoc quemadmodum putaretur à Biante esse dictum crederet, qui sapiens habit⁹ esset vnus è septem, sed impuri cuiusdam, & ambitiosi, aut omnia ad suam potentiam reuocantis esse sententiã. Quonam enim modo quisquam amicus esse poterit, cuius se putabit inimicum esse posse? Quin etiam necesse erit cupere & optare, vt quàm sæpissime peccet amic⁹, quo plures det sibi tanquam ansas ad reprehendendum Rursum autem recte factis, commodisq́ amicorum necesse erit angi, dolere, inuidere. Quare hoc quidem præceptum cuiuscunq́ est, ad tollendam amicitiam valet. Illud potius præcipiendum fuit, vt eam diligentiam adhibeamus in amicitijs præparandis, vt ne quando amare inciperemus eum, quem aliquando odisse possemus. Quinetiam si minus fœlices in diligendo fuissemus, ferendum id Scipio potius, quàm inimicitiarum tempus cogitandũ putabat. His igitur finibus vtendum arbitror, vt cum emendati mores amicorum sint, tum sit inter eos omnium rerum, consiliorũ,

Confutatio sententiæ Biantis.

Ama tanquam osurus.

De delectu amicorum.

✠ *Concludit suam sententiam proponens*

& voluntatum sine vlla exceptione communitas, vt etiam si qua fortuna acciderit, vt minus iustæ amicorum voluntates adiuuandæ sint, in quibus eorum aut de capite agatur, aut fama, declinandum est de via, modo ne summa turpitudo sequatur. Est enim quatenus amicitiæ dari venia possit. Nec vero negligenda est fama, nec mediocre telum ad res regen-
28 das existimare oportet beneuolentiam ciuiũ,
29 quâm blandicijs & assentationibus colligere turpe est. Virtus quam sequitur charitas, minime repudianda est. Sed (sæpe enim redeo ad Scipionem cuius omnis sermo erat de amicitia) quærebatur, quod in omnibus reb⁹ homines diligentiores essent, vt Capras & Oues q̃t quisq; haberet, dicere posset, amicos quot haberet dicere non posset, & in illis quidem parandis curam adhibere, in amicis eligendis negligentes esse, nec habere quasi signa quædã & notas, quibus eos qui ad amicitiam essent idonei, iudicarent. Sunt igitur firmi & stabiles, & constantes eligendi, cui⁹ generis est magna penuria, & iudicare difficile est sanè, nisi expertum. Experiendum autem est in ipsa amicitia. Ita præcurrit amicitia iudicium, tol-
30 litq; experiendi potestatem. Est igitur pruden-

Quousq; amicitia ꝑ ducẽda est.

Difficile est amicum iudicare.

tis susti-

tis sustinere vt cursum, sic impetum benevolentiæ quo vtamur quasi aquis tentatis, sic amicitijs aliqua parte periclitatis moribus amicorum. Quidam sæpe in parua pecunia perspiciuntur quàm sint leues. Quidam autem quos parua mouere non potuit, cognoscuntur in magna. ✠ Si vero erunt aliqui reperti, qui pecuniam præferre amicitiæ sordidum existiment, vbi eos inueniemus, qui honores, Magistratus, imperia, potestates, opes, amicitiæ non anteponant? Vt cum ex altera parte proposita hęc sint, ex altera vis amicitię, non multo illa malint. Imbecilla enim humana natura est ad contemnendam potentiam, quam etiam si neglecta amicitia consecuti sunt, excusatum iri arbitrantur, quia nõ sine magna causa sit neglecta amicitia. Itaq; veræ amicitiæ difficillime reperiuntur in his qui in honoribus, req; publica versantur. ✠ Vbi enim istum inuenias qui honorem amici anteponat suo? Quid (hæc vt omittam) quàm graues, quàm difficiles plerisq; videntur calamitatum sociates, ad quas non est facile inuentus qui descendat, quanquam Ennius recte inquit:

Amicus certus, in re incerta cernitur.

Tamen hæc duo leuitatis & infirmitatis ple-

32

✠ Causa qbus possit cognosci constantia.

✠ Iulius Cæsar. Si uiolandum est ius, regnandi gratia uiolandum est, in cæteris rebus pietatem colas.

roſq; conuincunt, aut ſi in bonis reb⁹ contem
nunt amicos, aut ſi in malis deſerunt. Qui igi
tur vtraq; in re grauem, conſtantem, ſtabilem
ſe in amicitia præſtiterit, hunc ex maxime ra
ro genere hominum iudicare debemus, & pe
nè diuino. Firmamentum autem ſtabilita
tis, conſtantiæq; eſt eius, quam in amicitia que
rimus, fides. Nihil enim ſtabile eſt, quod in
fidum eſt. Simplicem præterea & commu
nem, & conſentientem, & qui reb⁹ iiſdem mo
ueatur, eligi par eſt, quæ omnia pertinent ad
fidelitatem: neq; enim fidum poteſt eſſe mul
tiplex ingenium, & tortuoſum: neq; vero qui
non iiſdem rebus mouetur, & natura conſen
tit, fidus aut ſtabilis poteſt eſſe. Addendum
eodem eſt, vt ne criminibus aut inferendis de
lectetur amicus, aut credat oblatis: quæ om
nia pertinent ad eam quam iamdudum tra
cto, conſtantiam. Ita fit verum illud, quod
initio dixi, amicitiam niſi inter bonos eſſe nó
poſſe. Eſt enim boni viri (quem eundem ſapi
entem licet dicere) hæc duo tenere in amicitia.
Primum, ne quid fictum ſit, nèue ſimulatum.
Aperte enim uel odiſſe alium, magis ingenu
um eſt, quam fronte occultare ſententiam.
Deinde non ſolum ab aliquo oblatas crimina

Fides ſtabilis, amicitiæ fundamentum.

tiones

tiones depellere, sed ne ipsum quidem esse suspitiosum, semper aliquid existimantem ab amico esse violatum. ✠ Accedat huc suauitas quædam oportet sermonum, atq; morum, haud quaquàm mediocre condimentum amicitiæ. Tristitia autem & in omni re seueritas absit: habet illa quidem grauitatem. Sed amicitia remissior esse debet, & liberior, & dulcior, & ad omnem comitatem, facilitatemq; procliuior. Existit autem hoc loco quædam quæstio subdifficilis. Num quando amici noui, nõ indigni amicitia, veteribus sint anteponendi? Vt equis vetulis, teneros anteponere solemus? Indigna dubitatio homine. Non enim amicitiarum esse debent, sicut aliarum rerum societates. Veterrima quæq; (vt ea vina quæ vetustatem ferunt) esse debent suauissima, verumq; illud est quod vulgo dicitur. Multos modios salis simul edendos esse, vt amicitiæ munus expletum sit: Nouitates autem si spem afferunt, vt tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat, non sunt ille quidem repudiandæ, vetustas tamen suo loco conseruanda est. Maxima est enim vis vetustatis, & consuetudinis atqui in ipso equo (cuius modo mentionem feci) si nulla res impediat, nemo

✠ *Suauitas condimentum amicitiæ.*

Tristitia et seueritas abesse debent ab amicitia.

Noui amici non sunt ueteribus anteponendi.

33 *Notandum puerbium.*

✠ *Isocrates.*

Nouos amicos parans noli uetetum oblituisci.

est qui non eo quo consueuit, libentius vtatur, quàm intractato & nouo. Nec modo in hoc quod est animal, sed in iis etiam, quæ sunt inanimata, consuetudo valet, cum locis etiam ipsis montosis delectemur, & syluestribus, in quibus diutius commorati sumus. Sed maximum est in amicitia, superiorem parem esse inferiori. Sæpe enim excellentiæ quædam sunt, qualis erat Scipionis in nostro (vt ita dicam) grege. Nunquam se ille Philo, nunquam Rutilio, nunquam Mummio antepositit, nunquam inferioris ordinis amicis. Q. vero Maximum fratrem egregium virum omnino sibi nequaquàm parem, qd' is anteibat ætate tanquam superiorem colebat: quod faciendum, imitandumq; est omnibus: vt si quam præstantiam virtutis, ingenij, fortunæ consecuti sunt, impartiant eam suis, communicentq; cũ proximis, vt si parentibus nati sunt humilibus, si propinqs habeant imbecilliores vel animo, vel fortunæ, eorum augeant opes, eiq; honori sint & dignitati, vt in famulis, qui aliquandiu propter ignorantiam stirpis, & generis in famulatu fuerint, cum cogniti sunt, & aut deorum, aut Regum filij inuenti, retinent tamen charitatem in pastores, quos patres multos annos esse

Superior ætate colendus est.

nos esse duxerunt. Quod quidem est multo ꝑ 34
fecto magis in veris patribus, certisq́ꝫ facien- γνώμη.
dum. Fructus enim ingenij & virtutis, om
nisq́ꝫ præstantiæ tum maxime capitur, cum in
proximum quenq́ꝫ confertur, Vt igitur hi qui
sunt in amicitiæ coniunctionisq́ꝫ necessitudi-
ne superiores, se æquare cum inferioribus de-
bent, sic inferiores dolere non debent, se à suis
amicis aut ingenio, aut fortuna, aut dignitate
superari. Quorum pleriq́ꝫ aut queruntur sem-
per aliquid, aut etiam exprobrant, eoq́ꝫ ma-
gis, si habere se putant, quod officiose, amice,
& cum labore aliquo suo factum queant dice
ret Odiosum sanê genus hominum officia *Meminisse*
exprobrantium, quæ meminisse debet is, in *debet is, in*
quem collata sunt, non cõmemorare qui con- *quẽ colla-*
tulit. Quamobrem vt hi qui superiores sunt, *tũ est bene*
submittere se debent in amicitia, sic quodam- *ficium, non*
modo inferiores extollere. Sunt enim qui- *memorare*
dam, qui molestas amicitias faciunt, cum ipsa *qui cõtulit*
se contemni putant. Quod non ferè contingit
nisi his, qui etiam contemnendos se arbitran-
tur, qui hac opinione non modo verbis, sed e- *Quate*
tiam opere leuandi sunt. ✠ Tantum autem *nus ĩferio-*
cuiq́ꝫ tribuendum est: primum, quantum ipse *ri amico*
efficere possis: deinde etiam quantum ille, *seruiendũ.*

Scipio Rutiliũ consulem fecit.

✱ Lælium.

Amicitiæ ætate pfecta iudicandæ sunt.

quem diligas atq; adiuues, possit sustinere. Non enim tu possis (quantumuis licet excellas) omnes tuos ad honores amplissimos perducere, vt Scipio Rutilium potuit consulem efficere, fratrem eius ✱ Lucium non potuit. Quod si etiam possis quiduis deferre ad alterum, videndum est tamen, quid ille possit sustinere. Omnino amicitiæ, corroboratis iam, confirmatisq; & ingenijs, & ætatibus iudicandæ sunt: nec si qui ineunte ætate venandi, aut pilæ studiosi fuerint, eos habere necessarios oportet, quos tum eorum studio præditos dilexerunt. Isto enim modo nutrices & Pædagogi iure vetustatis plurimum beneuolentiæ postulabunt, qui negligendi quidem nõ sunt,
35 sed alio quodam modo colendi: aliter enim amicitiæ stabiles permanere non possunt. ✠

✠ Amplificat à dissimili.

Dispares enim mores, disparia studia sequuntur, quorum dissimilitudo dissociat amicitias, nec ob aliam causam vllam boni improbis, improbi bonis amici esse non possunt, nisi qd
36 tanta est inter eos, quanta maxima potest esse, morum, studiorumq; distantia. Recte etiam præcipi potest in amicitijs, ne quis intemperata quadam beneuolentia (quod per sæpe fit) impediat magnas vtilitates amicorum.

Nece-

Nec enim (vt ad Fabulas redeam) Troiam Neoptolemus capere potuisset, si Lycomedem, apud quem erat educatus, multis cum lachrymis iter suum impedientem audire voluisset. Et sæpe incidunt magnæ res, vt discedendum sit ab amicis, quas qui impedire vult, quod desiderium non facile ferat, is & infirmo est, mollisq; natura, & ob eam ipsam causam in amicitia parum iustus. Atque in omni re considerandum est, & quid postules ab amico, & quid patiare à te impetrari. Est etiam quasi quædam calamitas in amicitijs dimittendis nonnunquam necessaria. Iam enim à sapientum familiaritatibus ad vulgares amicitias oratio nostra delabitur. Erumpunt sæpe vitia amicorum tum in ipsos amicos, tum in 37 alienos, quorum tamen ad amicos redundet infamia. Tales igitur amicitiæ sunt remissione vsus leuandæ, &(vt Catonem dicere audiui) dissuendæ magis quàm discindendæ sunt, nisi quædam admodum intolerabilis iniuria exarserit, vt neq; rectum, neq; honestum sit, neq; fieri possit, vt non statim alienatio, disiunctioq; facienda sit. Sin autem morum aut studiorum commutatio quædam (vt fieri solet) facta erit, aut in Republica partibus dissensio

Lycomedes.

Neoptolemus.

Considerãdum est qd ab amicis petatur.

Dissuendæ magis quàm discindendæ amicitiæ.

intercesserit

intercesserit (Loquor enim, vt paulò ante dixi, non de sapientum, sed de communibus amicitijs) cauendum erit, ne non solum amicitiæ depositæ, sed inimicitiæ etiam susceptæ videantur. Nihil enim turpius, quàm cum eo bellum gerere, qui cum familiariter vixeris.

Q. Pompeius. Metellus.

Ab amicitia Q. Pompei mei nomine se remouerat (vt scitis) Scipio, propter dissentionem autem, quæ erat in Repub. alienatus est à collega nostro Metello, vtrunq; egit grauiter, autoritate & offensione animi non acerba.

✠ Præstãdum ne ex amicis hostes fiant.

Quamobrem primũ danda opera est, ne qua amicorum dissidia fiant, sin tale aliquid enenerit, vt extinctæ potius amicitiæ, quàm oppressæ videantur. ✠ Cauendum vero est, ne etiam in graues inimicitias conuertant se amicitiæ, è quibus furgia, maledicta, contumeliæ gignuntur. Quæ tamen si tolerabiles erunt, ferendæ sunt. Et hic honos veteri amicitiæ tribuendus est, vt is in culpa sit qui faciat, nõ qui patiatur iniuriam. ✠ Omnino omnium horum vitiorum atq; incommodorum, vna cautio est, atq; vna prouisio, vt ne nimis cito diligere incipiat, ueue indignos. Digni autem sunt amicitia, quibus in ipsis inest causa cur diligantur. Ratum genus (& quidem omnia præclara

✠ Generalis regula, qua admonemur ne nimis cito diligamus, neue indignos.

clara rara) nec quicquam difficilius, quàm re-
perire, quod sit omni ex parte in suo genere
perfectum. Sed plerisq; nesc; in rebus huma-
nis quicquam bonum norunt, nisi quod fru-
ctuosum sit, & amicos tanquam pecudes, eos
potissimum diligunt, ex quibus sperant se ma
ximum fructum esse capturos. Itaq; pulcher-
rima illa, & maxime naturali carent amicitia,
per se, & propter se expetenda, nec sibi ipsi ex-
emplo sunt, hæc vis amicitiæ qualis & quanta
sit. Ipse enim se quisq; diligit, non vt aliquam
à se ipso mercedem exigat charitatis suæ, sed
qđ per se sibi quisq; charus est: quod nisi idem
in amicitiam transferatur, verus amicus nun-
quam reperietur. Est enim is amicus quidem, *Quid sit amicus.*
qui est tanquam alter idem. ✠ Quod si hæc *Ab Exemplo bestiarum.*
apparent in bestijs, volucribus, agrestibus, na-
tantibus, suibus, cicuribus, feris, primum vt se
ipsi diligunt: (Id enim pariter cum omni ani-
mante nascitur) deinde vt requirant, atq; ap-
petant aliquas alias animantes, ad quas appli
cent einsdem generis. Idq; faciunt cum desy-
derio, & cũ quadam similitudine amoris hu-
mani: quanto id magis in homine fit natura,
qui & se ipse diligit, & alterum acquirit, cuius
animum cum suo commisceat, vt efficiat pe-

ne vnum

nẽ vnum ex duobus? Sed plericq; peruerſe ne dicam impudenter, amicum habere talem vo lunt, quales ipſi eſſe non poſſunt, quæcq; ipſi non tribuunt amicis, hæc ab his deſiderant. Pars eſt autem, primum ipſum eſſe virum bo num, tum alterum ſimilem ſui quærere. In ta libus, ea, quam ſam dudum tractabamus, ſta bilitas amicitiæ confirmari poteſt, cum homi nes beneuolentia coniuncti, primum cupidita tibus ijs, quibus cæteris ſeruiunt, imperabunt deinde æquitate, iuſtitiacq; gaudebunt, omnia cq; alter pro altero ſuſcipiet. Necq; quicquam vnquam niſi honeſtum & rectum alter ab al tero poſtulabit, neq; ſolum colent ſe inter ſe ac diligent, ſed etiam verebuntur. Nam maxi mum ornamentum amicitiæ tollit, qui ex ea tollit verecundiam. Itaq; in his pernicioſus eſt error, qui exiſtimant libidinũ, peccatorumcq; omnium patere in amicitia licentiam. Virtu tum enim amicitia adiutrix à natura data eſt, non vitiorũ comes, vt quoniam ſolitaria non poſſet virtus ad ea quæ ſumma ſunt peruenire, coniuncta et ſociata cum altera perueniret, quæ ſi quos inter ſocietas eſt, aut fuit, aut futura eſt, eorum eſt habendus ad ſummum natu ræ bonum, optimus beatiſſimuſcq; comitatus.

38 *Amicus uir bonus eſſe debet.*

Nunq̃ niſi honeſtũ et rectũ petendum eſt

39 *Non debet uerecũdia ab amicitia abeſſe.*

Hæc

✠ Hæc est, inquam, societas, in qua omnia in- ✠ Amplificatio.
sunt, quæ putant homines expetenda, honestas, gloria, tranquillitas animi, atque iucunditas: vt cũ hæc adsint, beata vita sit, & sine his esse non possit: quod cum optimum maximũ q̃ sit, si id volumus adipisci, virtuti opera danda est, sine qua neq̃ amicitiam, neque vllam rem expetendam consequi possumus. Ea vero neglecta, qui se amicos habere arbitrantur, tum se denicq̃ errasse sentiunt, cũ eos grauis aliquis casus experiri cogit. Quocirca dicendum est etiam sæpius, cum iudicaueris diligere oportet, non cum dilexeris iudicare. Apophthegma. Iudicandũ est prius q̃ diligamus.

Sed cum multis in rebus negligentia plectimur, tum maxime in amicis & diligendis, & colendis. Præposteris enim vtimur consilijs, & acta agimus, quæ vetamur veteri prouerbio. Actum agere.

Nam implicati vltro & citro, vel vsu diuturno, vel etiam officijs repente in medio cursu amicitias, exorta aliqua offensione, dirumpimus. Quo etiam magis vituperanda est ei tam maxime necessariæ tanta incuria. ✠ Vna est enim amicitia in rebus humanis, de cuius vtilitate omnes vno ore consentiunt, quanquam à multis ipsa virtus contemnitur, & venditatio quædam atque ostentatio esse dicitur. ✠ Amplificatio ostendens quam late pateat amicitia.

Multi

citia, & quãto præ stabilior sit omnib9 reliquis bonis.

Multi diuitias despiciunt, quos paruo contentos, tenuis victus cultusq; delectat. Honores verò, quorum cupiditate quidam inflammantur, quàm multi ita contemnunt, vt nihil inanius esse, nihil leuius existiment. Item cætera quę quibusdam admirabilia videntur, permulti sunt qui pro nihilo putent. De amicitia omnes ad vnum idem sentiunt, & hi qui ad Rem publicam se contulerunt, & hi qui rerum cognitione, doctrinaq; delectantur, & hi qui suũ negotium gerunt otiose: postremo hi qui se totos tradiderunt voluptatibus, sine amicitia vitam esse nullam sentiunt, si modo velint aliqua ex parte liberaliter viuere. Serpit enim nescio quomodo per omniũ vitam amicitia, nec vllam ætatis degendæ rationem patitur esse expertem sui. Quin etiam si quis asperitate ea est, & immanitate naturæ, vt congressus & societatem hominum fugiat atq; oderit, q̃

Timon.

lem fuisse Athenis Timonem nescio quem accepimus, tamen is pati *non* possit, vt non acquirat aliquem, apd' *quem* euomat virus acerbitatis suæ. Atque *hoc* maxime iudicaretur, si quid tale posset *contingere*, vt aliquis nos deus ex hac omnium frequentia tolleret, & in solitudinem vspiam collocaret, atque ibi supeditans

peditans omnium rerum, quas natura desiderat, abundantiã & copiam, hominis omnino aspiciendi potestatem eriperet, quis tam esset ferreus, qui eam vitã ferre posset? Cuique nõ auferret fructũ voluptatum omniũ solitudo? Verum ergo illud est, quod à Tarentino Archita (vt opinor) dici solitũ, nostros senes commemorare audiui, ab alijs senibus auditum. Si quis cœlum ascendisset, naturamq; mundi, & pulchritudinem syderũ perspexisset, insuauem illam admirationem ei fore, quæ iucundissima fuisset, si aliquẽ cui narraret, habuisset. Sic natura solitarium nihil amat, semperq; ad aliquid tanquã adminiculum annititur, quod in amicissimo quoq; dulcissimũ est. Sed cum tot signis eadem natura declaret qd velit, ac quærat quid desyderet, obsurdescimus tamen (nescio quomodo) nec ea quæ ab ea monemur, audimus. Est enim varius & multiplex vsus amicitiæ, multæq; causæ suspicionũ offensionumq; dantur, quas tum euitare, tum leuare, tum ferre sapientis est. Vna illa subleuanda offensio est, vt & vtilitas in amicitia et fides retineatur. Nam & monendi amici sæpe sunt, et obiurgandi, & hæc accipienda amice, cum benevole fiunt. Sed nescio quomodo verum

Natura nihil solitarium amat

An uerum est, quod in Andria familiaris meus Terentius dixit.

Terenti anũ illud.

Obsequiũ amicos, ueritas odiũ parit.

Obsequium amicos, veritas odium parit. Molesta veritas est, siquidem ex ea nascitur odium, quod est venenum amicitię: sed obsequium multo molestius, quod peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri sinit. Maxima autem culpa in eo est, qui & veritatem aspernatur, & in fraudem obsequio impellitur. Omnis igitur hac in re habenda ratio & diligentia est: primum vt monitio acerbitate, deinde vt obiurgatio contumelia careat. In obsequio autem (quoniam Terentiano verbo libenter vtimur) comitas adsit, assentatiò vitiorum adiutrix procul amoueatur, quæ nõ modo amico, sed ne libero quidem digna est.

Cicero Terentii uerbo libenter vtitur.

Fugienda esse assentationem.

Audienda est ueritas.

Aliter enim cum Tyranno, aliter cum amico viuitur. Cuiꝰ autem aures clausæ veritati sunt, vt ab amico verum audire nequeat, huius salus desperanda est. Scitum est enim illud Catonis multo melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, quàm eos amicos, qui dulces videantur. Illos verum sæpe dicere, hos nunquam. Atque illud absurdum est, quod hi scilicet qui monentur, eam molestiam, quam debent capere, non capiunt: eam capiunt, quã debent carere. Peccasse enim se non angun-

tur, ob-

tur, obiurgari moleste ferunt, quod contrà oportebat delicto dolere, obiurgatione gaudere. Vt igitur & monere, & moneri proprium est veræ amicitiæ, & alterum libere facere, nõ aspere: alterum patienter accipere, non repugnanter: Sic habendum est, ✠ nullam in amicitijs pestem esse maiorem, quàm adulationem, blanditias, assentationem, quamuis eã multis nominibus est hoc vitium notandum leuium hominum, atq; fallacium, ad voluptatem loquentium omnia, nihil ad veritatem.

✠ Nullam pestem maiorem esse in amicitijs q̃ adulationem.

✠ Cum autem omnium rerum simulatio est vitiosa, tollit enim iudicium veri, idq; adulterat, tum amicitiæ repugnat maxime, delet eã veritatem, sine qua nomen amicitiæ valere non potest. Nam cum amicitiæ vis sit in eo, vt vnus quasi animus fiat ex pluribus, qui fieri poterit, si ne in vno quidem quoque vnus animus erit idemq; semper, sed varius, commutabilis, multiplex? Quid enim potest esse tam flexibile, tam deuium, quàm animus eius, qui ad alterius non modo sensum ac voluntatem, sed etiam vultum atque nutum conuertitur? Negat quis? Nego, ait? Aio. Postremo imperaui egomet mihi omnia assentari (vt ait idem Terentius) sed ille sub Gnathonis per-

✠ A genere assentationis.

Amicitiæ uis.

nis persona: quod amici genus adhiberi omnino leuitatis est. Multi autem Gnathonum similes cum sint loco, fortuna, fama superiores. Horum est assentatio molesta, cum ad vanitatem accesit autoritas. Secerni autem blandus amicus à vero & internosci tam potest, adhibita diligentia, quàm omnia fucata & simulata à synceris atq; veris. Concio, quæ ex imperitissimis constat, tamen iudicare solet, quid interfit inter popularem, id est, assentatorem, & lenem ciuem, & inter constantem, seuerum, & grauem, quibus blanditijs C. Papyrius consul nuper influebat in aures concionis, cum ferret legem de tribunis plebis reficiendis. Dissuasimus nos, sed nihil de me, de Scipione dicam libentius. Quanta illi, dij immortales, fuit grauitas, quanta in oratione maiestas? Vt facile ducem populi Rhomani, non comitem diceres: sed affuistis, & est in manibus oratio. Itaq; Lex popularis suffragijs populi repudiata est. Atq; (vt ad me redeam) meministis Q. Maximo fratre Scipionis, & L. Mancino consulib⁹, quàm popularis lex de sacerdotijs C. Licinij Crassi videbatur, cooptatio enim collegiorum ad populi beneficium transferebatur, atq; is primum instituit in forum

Secerni posse amicũ ab adulatore.

Papyrius.

Ab Exemplo.

41

in forum versus agere cum populo. Tamen illius vendibilem orationem religio deorum immortalium, nobis defendentibus, facile vincebat. Atque id actum est prætore me, quinquennio antequàm consul sim factus. Itaque re magis quàm autoritate causa illa defensa est: quod si in scena, id est, in concione, in qua rebus fictis & adumbratis loci plurimum est, tamen verum valet si modo id patefactũ & illustratum est, quid in amicitia fieri oportet, quæ tota veritate perpenditur? In qua nisi, vt dicitur, apertum pectus videas, tuumq; ostendas, nihil fidum, nihil exploratum habeas, ne amare quidem aut amari possis, cum id quàm vere fiat, ignores. Quanquam ista assentatio quamuis pernicios sit, nocere tamen nemini potest, nisi ei qui eam recipit, atque ea delectatur. Itaq; fit, vt is assentatoribus patefaciat aures suas maxime, qui ipse sibi assentetur, & se maxime ipse delectet. Omnino est amans sui virtus, optime enim seipsa nouit, quamq; amabilis sit intelligit. Ego autem non de virtute loquor, se de virtutis opinione. Virtute enim ipsa non tam multi prædíti esse, quàm videri volunt. Hos delectat assentatio. His fictus ad eorum voluptatem

Scena.

Assentatio onem amat qui ipse sibi assentatur.

sermo cum adhibetur, orationem illam vanam, testimonium esse laudum suarum putant. Nulla est igitur hæc amicitia, cum alter verum audire non vult, alter ad mentiendum paratus est. Nec Parasitorum in Comœdijs assentatio nobis faceta videretur, nisi essent milites gloriosi. Magnas vero agere gratias Thais mihi? Satis erat respondere magnas, ingentes inquit. Semper auget assentatio id, quod is, cuius ad voluntatem dicitur, vult esse magnum. Quamobrem quamuis blanda ista vanitas apud eos valeat, qui ipsi illam allectant & inuitant, tamen etiam grauiores, constantioresq; admonendi sunt, vt animaduertant, nec callida assentatione capiantur. Aperte enim adulantem nemo non videt, nisi qui admodum est excors. Callidus ille & occultus ne se insinuet, studiose cauendum est: nec enim facile agnoscitur, quippe qui etiam aduersando sæpe assentetur, & litigare se simulans blandiatur, atque ad extremum det manus, vnicuiq; se patiatur, vt is qui illusus sit, plus viciſſe videatur. Quid autem turpius, quàm illudi? Quod ne accidat magis cauendum est, vt in Epicureo.

Probat exemplo, assentatiõi obnoxios esse illos tantũ qui sibi placẽt.

Semp auget assentatio.

Nota.

Hodie

Hodie me añ omnis coamicos ſtultos ſenes
Verſaris, atque luſeris lautiſſime.

Hæc etiam in Fabulis ſtultiſſima perſona eſt improuidorum, & credulorum ſenum. Sed neſcio quo pacto ab amicitijs perfectorum hominum, id eſt, ſapientum (de hac dico ſapientia, quæ videtur in hominem cadere poſſe) ad leues amicitias * defluxit oratio. Quamobrem ad illa prima redeamus, eaq; ipſa concludamus aliquando. Virtus, inquam, C. Fanni, & tu Q. Muti, & conciliat amicitias, & conſeruat. In ea eſt enim conuenientia rerum, in ea ſtabilitas, in ea conſtantia. Quæ cum ſe extulit, & oſtendit lumen ſuũ, & idem aſpexit agnouitq; in alio, ad id ſe admouet, vicisſimq; accipit illud, quod in altero eſt: ex quo eorum exardeſcit ſiue amor, ſiue amicitia, vtrunque enim dictum eſt ab amando. Amare autem nihil aliud eſt, niſi eum ipſum diligere, quem ames, nulla indigentia, nulla vtilitate quæſita. Quæ tamen ipſa effloreſcit ex amicitia, etiam ſi tu eam minus ſequutus ſis. Hac nos adoleſcentes beneuolentia, ſenes illos L. Paulum, M. Catonem, C. Gallum, P. Naſicam, T. Gracchum Scipionis noſtri ſoce-

* *deflexit*

Epilogus diſputationis de amicitia.

Virtus conciliat amicitias, & conſeruat.

Quid ſit amare.

stri socerum dilexímus. Hæc etiam magis elucet inter æquales, vt inter me & Scipionem, L. Furium, P. Rutílium, SP. Mummium. Vicissím autem senes in adolescentium charitate acquiescimus, vt in vestra, & in Q. Tuberonis equidem admodum adolescentis, & P. Rutílij Virgínij familiaritate delector. Quandoquidem ita ratio comparata est vitæ naturæq; nostræ, vt alia ætas oriatur ex alia, maxime quidem optandum est, vt cum æqualibus possis viuere, cum quibus tanquam è carceribus emissus, cum ijsdem ad calcem (vt dicitur) peruenire. Sed quoniam res humanæ fragiles, caducæq; sunt, semper aliqui acquirendi sunt, quos diligamus, & à quibus diligamur. Charitate enim, beneuolentiaq; sublata, omnis est è vita sublata iucunditas. Mihi quidem Scipio, quanquam *est subito* ereptus, viuit tamen, semperq; *viuet*, Virtutem enim semper amaui *illius viri*, quæ extincta non est, nec mihi soli versatur ante oculos, qui illam semper *in manibus* habui, sed etiam posteris erit *clara* & insignis. Nemo vnquam animo aut spe maiora suscipiet, qui sibi non illius memoriam atque imaginem præponendam putet. ✠ Equidem ex omnibus

Nota.

✠ Coacervatio omnibus

nibus rebus, quas mihi aut fortuna, aut na- *nium con-*
tura tribuit, nihil habeo, quod cum amicitia *modorũ et*
Scipionis posit comparari. In hac mihi de *officiorum*
Republica fuit consensus, In hac rerum pri- *quæ contu*
uatarum consilium, In eadem requies plena *lit Scipiõis*
oblectationis fuit, nunquam illum ne minima *amicitia,*
quidem re offendi, quod quidem senserim.
Nihil audiui ex eo ipse, quod nollem. Vna
domus erat, idem victus, iscꝫ communis, ne-
que solum militia, sed etiam peregrinationes,
rusticationesꝫ communes. Nam quid ego
de studijs dicam, cognoscendi semper aliquid
atque discendi? In quibus remoti ab oculis
populi, omne otium tempusꝫ contriuimus:
Quarum rerum recordatio & memoria, si va-
nã cum illo occidisset, desiderium consunctis- Nota.
simi viri atque amantissimi ferre nullo mo-
do possem. Sed nec illa extincta sunt, alun-
turꝫ potius, & augentur cogitatione & me-
moria. Et si illis planè orbatus essem, ma-
gnum tamen afferret mihi ætas ipsa solati-
um. Diutius enim in hoc desiderio esse non
possum. Omnia autem breuia, tolerabilia
esse debent, etsam si magna sint. Hæc ha-
bui de Amicitia, quæ dicerem. Vos au-
tem hortor, vt ita virtutem locetis (sine qua

amicitia esse non potest) vt ea excepta, nihil amicitia præstabilius esse putetis.

MARCI TVLLII CICERONIS LAELII, SEV DE AMICITIA.

FINIS.

ANNOTATIONES in Librum de AMICITIA.

1 CVm sæpe multa narraret.) Quoties iunguntur hæ duæ uoces, cum & tum, solet conuenire modus uerborum, quod mirum est hic non fieri, nisi forte pro narraret, legendum est narrare.

2 P. Sulpitio utebare multum.) Pro multum fuisti familiaris. Satis noue dictum est, nam usitatius, multus mihi cum illo fuit usus.

3 Ne inquam, & inquit, sæpe int.) Hunc locũ subtaxat Valla in Præfatione Dialogi de Libero arbitrio,

trio, sed argute magis quàm grauiter, nam Cicero nõ enumerat uerba, sed ostendit genus sermonis, quod submolestum esse solet iteratione.

4 Sibi suo tempore.) Sibi additum est, non perinde festiuitatis gratia, atq; ut respondeat dandi casui, qui mox sequitur Reipublicæ.

5 Eam uiriditatem.) Vigorem appellat uiriditatem, nam languescit uiror in his, quæ marcescunt.

6 Qua se inquiete.) Aut subaudiendum de, qua de se, aut addendum, in nõnullis, p̃ qua habebatur quæ, quæ lectio mihi magis arridet, ut referatur ad uerbum differebat ea, quæ.

7. Quia cũ Scipione uixerim.) Non inficior, quia iungi uerbis subiunctiuis, sed haud scio, an scriptum fuerit qui.

8 Aeque Græcorum.) Legendum arbitror, eaq; Græcorũ, ut sensus sit, ne Doctorum quidem omniũ hanc esse consuetudinem, sed tantum Græcorum.

9 Nisi in bonis.) In bonis Græco more dixit, pro inter bonos.

10 Qui assequuntur, quantum homines possunt.) Assequuntur, positum uidetur pro sequuntur ut Græci dicunt παρακολουθοῦσι. Quãquam in alijs legitur sequuntur.

11 Ex infinitate societatis.) Rursus infinitatem dixit, haud scio unde. Nam ab infinito non potest dici, infinitas,

infinitas, sed ab infini potest, quod tamen in usu non est, quemadmodum ab affini dicitur, affinitas. Nisi *quod in nonnullis Exemplaribus habebatur, ex infinita generis humani societate.*

12 *Nihil aliud nisi.*) *Et nihil aliud quàm, utrunque latine dicitur.*

13 *Præclare illi quidem.*) *Rursus iunxit, quidem & illi, quod alibi notauimus.*

14. *De his communis uita contenta.*) *His contenta est usitatius dicitur, de his cõtentus sum, nescio an latine dicatur. Videndum igitur an locus mendo uacet, ac planè puto.*

15 *Vita uitalis. Sic enim Græci* βίοτος βίος, *quasi dicas uiuibilis uita. Nam iuxta ueterum Exemplaria lego principio, cui potest esse uita uitalis. Non quis potest, ut in nonnullis scriptum uisitur.*

16 *Quo cum omnia.*) *Ego malim, qui cum omnia.*

17 *Opes ut colare.*) *Hic palam distinguit opes à diuitijs, licet altera res, alteram soleat comitari. Inopia est amicorum magis quàm rei familiaris, et potentiæ uerius quàm egestatis.*

18 *Citatur alibi.*)

19. *Luxuriæ conditione.*) *Conditione dictum hic uidetur non à condendo, sed à condiendo, inter iuuenes autem his etiam de rebus solet esse concertatio.*

20 *Ab amico quippiam contendisse.*) *Attende recte dici,*

dici, hoc à me contendit, pro eo quod erat, hoc à me constanter petijt.

21 Neque immunis, neque superba.) Immunem dixit, quod abhorreat à cõmuni functione uitæ, quemadmodum olim Philosophi, & hodie Monachi quidam, abhorrentes à functionibus uitæ communis.

22 Amabilissimum nodum.) Ab huiusmodi nominibus raro uidemus superlatiua. Quis enim legit mirabilissimus? Aut quis sic ausit loqui.

23 Neque diligat.) Neque & nec coniunxit. Id annotaui ob quosdam in his nimium superstitiosos.

24 Intolerabilius fieri potens.) Fieri dictum uidetur, pro esse, Græcorum more γένεσθαι siue γενέσθαι.

25 Quasi termini diligendi.) Aut diligendi dixit, pro undiq; eligendi, aut dirigendi legendum est.

26 Quàm multa enim.) Quanto sanctius hic, quam Theologi quidam, qui docent ordinem charitatis.

27 Edixero.) Videtur usurpasse pro dixero.

28 Est enim quatenus.) Græco tropo est usus, est ubi, pro alicubi, est quatenus, pro aliquousq;, est quando pro aliquando, est: ut Vir uiro præstet aliquo modo uir uiro præstat.

29 Mediocre telum.) Telum noue dixit instrumentum. Nam telo assequimur, quod ferimus.

30 Quasi aquis tempestatis.) Aeque mendose, ni fallor, in alijs scriptum habebatur, equis temperatis, le-

tis, legendum arbitror, equis tentatis. Nam modicè tentamus equos, priusquam laxemus illis frenos ad cursum, ita nō statim recenti amico per omnia fidendum. In uetustioribꝰ Exemplaribꝰ habebatur aquis, non equis, & hæc lectio magis etiam arridet mihi. Quādoquidem cursus nō minus nauium dicitur, quàm equorum, & nautæ demissa bolide tentant profunditatem aquarum, priusquam passis uelis se credant arbitrio uentorum.

31 Periclitatis moribus.) Periclitatis pro expertis, & experimento probatis, dixit passiue.

32 In bonis rebus.) Noue bonas res dixit secundas, malas, aduersas.

33 Sicut aliarum rerum societas.) Licet reclament omnes quos uiderim Codices. Tamen dubitandum nō est quin pro societates, legendum sit sacietates.

34 Patres esse duxerunt.) ἡγοῦντο, id est, existimarunt ita plane usurpauit. Licet eos quoq; ducimus esse patres quos patrum habemus loco, cum sciamꝰ nō esse.

35 Aliter enim amicitiæ stabiles.) Aliter pro alioqui, sicut ante commonstrauimus.

36 Quanta maxima potest. Hanc loquendi formā nullus auderet sequi, nisi Ciceronem autorem haberemus.

37 Ad amicos redundat infamia.) Ab inundatione, quæ ri-

quæ ripas egressa, proxima quæq; comprehendit, atq; inuoluit, usitatius tamen est, recidit.)

38 Et alterum acquirit.) Rursus acquirit dixit, pro adiungit & lucro apponit.

Ibidem Quæq; ipsi non tribuunt amicis. Aliter tribuimus amicis, quod illis ascribimus, aut etiam concedimus, alter hic dixit, tribuit amicis, pro eo quod est præstant atq; in hoc sensu planè rarum est.

39 Colent se inter se.) Satis erat, colent inter se, & ita fortasis à Cicerone scriptum erat.

40 Tum eleuare, id est, leuius reddere, unde, eleuatur autoritas hominis, cui pondus detrahitur.

41 Coaptatio.) Ita ferme deprauatum est in omnibus Libris, cum scribendum sit coaptatio.

42 Hodie me ante omnes.) Duo senarij trimetri sunt ex Fabula, cui Titulus Epicureus.

FINIS.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA NICOLAI FABRI.
M. D. XXXIX.

MARCI TVLLII CICERONIS Liber de Senectute.

CVM ANNOTATIONIBVS Erasmi Roterodami.

M .D .XXXIX.





MARCI TVLLII CICERONIS CATO MAIOR, seu de Senectute, ad Titum Pomponium Atticum Præfatio.

OTite, si quid ego adiuto curámue leuasso. Quæ nunc te coquit, & versat sub pectore fixa. 1.

Et quà deprimeris, ecquid erit precũ? Licet enim versibus eisdem mihi affari te Attice, quibus affatur Flaminium ille vir haud magnà in re, sed fidei plenus: quamquã certò scio, non vt Faminiũ solicitari te Attice sic nocẽsque diẽsque. Noui enim moderationem animi tui, & æquitatem. Tẽque nõ cognomẽ solum Athenis deportasse, sed etiam humanitatem & prudentiam intelligo. Et tamen suspicor ijsdem rebus te, quibus meipsum interdum grauius commoueri. Quarũ consolatio & maior est, & in alid̃ temp9 differenda. Nũc autem mihi visum est de Senectute aliquid ad te scribere, hoc enim onere (quod mihi tecum commune est) aut iam vrgentis, aut certe aduentantis senectutis, & te & meipsum leuari volo Et si te quidẽ id modeste, ac sapienter, sicut omnia & ferre, & laturum esse certò scio. Sed mihi cũ de Senectute aliquid vellem scri- Atticus. 2. 3. 4.

bere, tu occurrebas dignus eo munere quo vterque nostrum communiter vteretur. Mihi quidem ita iucunda huius Libri cõfectio fuit, vt nõ modo omnes absterserit senectutis molestias, sed effecerit mollem etiam & iucundã senectutem. Nunquam igitur satis laudari digne poterit Philosophia, cui qui pareat, omne tempus ætatis sine molestia possit degere. Sed de cæteris & diximus multa & sæpe dicemus. Hunc vero Librum de Senectute ad te misimus, omnẽ autem sermonem tribuimus, non Tithono, vt Aristochius, ne parum esset autoritatis tanquam in Fabula: sed M. Catoni seni, quo maiorem autoritatem haberet oratio. Apud quem Lælium & Scipionem fecimus admirantes, quòd is tam facile senectutem ferat, ijsq; eum respondentem. Qui si erudítius videbitur disputare, quàm consueuit ipse in suis Libris, attributo Græcis literis, quarum constat eũ perstudiosum fuisse in senectute. Sed quid opus est plura? Iam enim ipsius Catonis sermo explicabit nostram omnem de senectute sententiam.

Tithonus Aristochij Personarũ dignitas addit oratiõi autoritatẽ

DIALOGVS

DIALO-

GVS. INTERLOCVTO-res, P. Scipio, C. Lælius, & Cato.

SCIPIO.



AEPENVMERO MIrari ſoleo cum hoc C. Lælio, tum cæterarum rerum tuam excellentem M. Cato, perfectam q̃ ſapientiã, tum vel maxime quod ſenectutem tuam nunq̃ tibi grauem eſſe ſenſerim. Quæ pleriſque ſenibus ſic odioſa eſt, vt onus ſe Aetna grauius dicãt ſuſtinere. CA. Rem haud ſanè Scipio & Læli difficilem admirari videmini, quib⁹ enim nihil opis eſt in ipſis ad bene beateq̃ viuendũ, iis omnis grauis eſt ætas. Qui autem omnia bona à ſeipſis petunt, iis nihil poteſt malũ videri, quod naturæ neceſsitas afferat. Quo in genere in primis eſt Senectus, quam vt adipiſcantur omnes optant, eandem accuſant adeptam: tanta eſt inconſtantia, ſtultitia, atq̃ peruerſitas. Obrepere aiunt eam citius quàm putaſſent. Primum quis coegit eos falſum puta-

Nota. 5. Epiphonema.

re? Quî enim citius adolescentie senectus, quàm pueritiæ adolescentia obrepit? Deinde quî minus grauis esset ijs senectus, si octingentesimum annum agerent, q̃ si octogesimum? Pręterita enim ætas (quàmuis longa) cũ effluxisset, nulla cõsolatione permulcere posset stultam senectutem. Quocirca si sapientiam meã admirari soletis (quæ vtinam digna esset opinione vestra, nostroq́ cognomine) in hoc sumus sapientes, q̃d naturam optimam ducem, tanq̃ Deum sequimur, eiq́ paremus, à qua nõ verisimile est, cũ cęterę partes ætatis bene descriptę sint, extremũ actum tanq̃ ab inerti Poêta esse neglectũ. Sed tamen necesse fuit esse aliquod extremum & tanq̃ in arborũ baccis, terręq́ frugibus maturitate tempestiua, quasi vietum & caducum, quod ferendũ est molliter sapienti. Quid enim est aliud gigantũ more bellare cũ dijs, nisi naturæ repugnare? Lælius Atqui Cato, gratissimũ nobis (vt etiam ꝑ Scipione pollicear) feceris, si quoniã volum⁹, & speram⁹ quidem senes fieri, antê multò â te didicerimus, quibus facilime rationib⁹ ingrauescentem ætatem ferre possimus. CA Faciam vero Læli, præsertim si vtriq́ vestrum gratum (vt dicis) futurum est. Scipio. Volumus sane nisi

Cato sapiens dicebatur.

6. ἔπουθεῷμ

7 *Quid sit gigantes cũ dijs bellare.*

8 Θεομαχίμ.

nec (nisi molestum est Cato) tanq̃ aliquam viã longam confeceris, qua nobis quoq; ingrediundũ sit istuc, quò peruenisti, videre quale sit.
CA. Faciam vt potero Læli. Sæpe enim interfui querelis meorũ æqualium. (Pares autem cũ paribus, veteri prouerbio, facillime congregantur) * quas C. Salinator, quas SP. Albinus homines cõsulares, nostri ferè æquales deplorare solebant: tũ q̃ voluptatibus carerent, sine quibus vitam nullã putarent, tum q̃ spernerentur ab ijs à quibus essent coli soliti. Qui mihi non videbantur accusare id quod esset accusandũ. Nam si id culpa senectutis accideret, eadem mihi vsu euenirent reliquisq; omnibus maioribus natu, quorũ ego multorum cognoui senectutem sine querela, qui se à libidinum vinculis laxatos esse non moleste ferrent, nec à suis despicerentur: sed omniũ istiusmodi querelarum in moribus est culpa, non in ætate. Moderati enim, & non difficiles senes, nec inhumani, tolerabilẽ agunt senectutem. Importunitas autem & inhumanitas, omni ętati molesta est. Lælius. Est vt dicis Cato. Sed fortasse dixerit quispiam tibi propter opes & copias, et dignitatem tuam, tolerabilem senectutem videri. Id autẽ non posse multis contingere. CA

Prouerbium.

* *Alias quæ.*

In moribus est culpa, non in ætate.

Themistoclis responsio ad Seriphum quẽdam.

Est istuc quidem Lęli aliquid, sed nequaquã in isto sunt omnia, vt Themistoclem ferunt Seriphio cuidam, in iurgio respondisse, cũ ille dixisset, non eum sua, sed patriæ gloria splendorem assecutum. Nec Hercle, inquit, si ego Seriphius essem nobilis, nec si tu Athenien sis esses, clarus nunquã fuisses. Quod eodem modo de senectute potest dici. Neq; enim in summa inopia leuis esse Senectus potest ne sapienti quidem, nec insipienti in summa copia non grauis. Aptissima omnino sunt Scipio & Lælí arma senectutis, artes, exercitationesq; virtutum, quæ in omni ætate cultę, cum multum diuq; vixeris, mirificos afferunt fructus, non solum quia nunquam deserunt, ne in extremo quidem tempore ætatis (quanquam id maximum est) verum etiam quia conscientia bene actæ vitæ, multorumq; benefactorum recordatio iucundissima est. Ego quidem Q. Maximum (eum, qui Tarentum recepit) adolescens, ita dilexi senem, vt æqualem. Erat enim in illo viro comitate grauitas condita, nec senectus mores mutauerat, quanquam eum colere cœpi non admodum grandem natu, sed tamen iam ętate profectum. Anno enim post quam primum Consul fuerat, ego natus sum, cumq;

Senectutis arma.

II. Q. Fabij Maximi gesta.

cumq́ ego quartum Consule, adolescentulus miles profect9 sum ad Capuam, quintoq́ anno pôst ad Tarentum quæstor, deinde ædilis, quadriennio pòst factus sum Prætor, quem Magistratum gessi Consulibus Tuditano & Cethego, tum quidem ille admodum senex suasor legis Cintiæ de donis & muneribus fuit. Hic & bella gerebat vt adolescens, cum planè grandis esset, & Hannibalem iuueniliter exultantem patientia sua molliebat. De quo præclare familiaris noster Ennius.

12 *Capua Apuliæ ciuitas.*

Cintia lex.

Vnus homo nobis, cunctando restituit rem
Non ponebat enim rumores ante salutem.
Ergo postq́ magisq́ viri nunc gloria claret.

Cunctator Fabius.

Tarentum vero qua vigilantia, quo consilio recepit? Cum quidem me audiente Salinatori, qui amisso oppido fugerat in arcem glorianti, atq́ ita dicenti: Mea opera Q. Fabi Tarentum recepisti. Certè (inquit ridens) nam nisi tu amisisses, nunquam recepissem. Nec vero in armis pręstantior quàm in toga, qui consul iterum SP. Caruilio collega quiescente. C. Flaminio Tribuno plebis quoad potuit restitit, agrum Picenum, & Gallicum viritim contra Senatus autoritatem diuidenti. Augurq́ cum esset, dicere ausus est, optimis auspicijs

Fuga Salinatoris.

13.
14

ea geri, quæ pro Reipublicę ſalute fierent: quę contra Rempublicam ferrentur, contra auſpicia fieri. Multa præclara in eo viro cognoui, ſed nihil eſt admirabilius, quàm quomodo ille mortem M. filii tulit clari viri & conſularis. Eſt in manibus viri laudatio, quam cum legimus, quem Philoſophorum non contemnimus? Nec vero ille in luce modo, atq; in oculis ciuium magnus, ſed intus, domiq; præſtantior. Qui ſermo? Quæ præcepta? Quanta notitia antiquitatis? Quæ ſcientia iuris auguran di? Multæ etiam vt in homine Romano literæ, omnia memoria tenebat, non domeſtica ſolum, ſed etiam externa bella. Cuius ſermone ita cupide fruebar, quaſi iam diuinarem id quod euenit, illo extincto vnde diſcerem, fore neminem. Quorſum igitur tam multa de Maximo? Quia profecto videtis *nefas* eſſe dictu, miſeram fuiſſe talem ſenectutem. Nec tamen omnes poſſunt eſſe *Scipiones* aut Maximi, vt vrbium expugnationes, vt pedeſtres, naualeſq; pugnas, vt bella à ſe geſta, triumphoſq; recordentur. Eſt enim quiete & pure, & eleganter actæ ætatis, placida ac lenis ſenectus, qualem accepimus Platonis, qui vno & octogeſimo anno ſcribens, mortuus eſt.

Qualem

Qualem Isocratis, qui eum Librum, qui Panathenaicus inscribitur, quarto & nonagesimo anno scripsisse dicitur, vixitq; quinquennium postea, cui⁹ Magister Leontinus Gorgias centum & septem compleuit annos, necq; vnquã in suo studio atq; opere cessauit. Qui cum ex eo quæreretur, cur tam diu vellet esse in vita? Nihil habeo, inquit, quod incusem senectutem. Præclarum responsum, & docto homine dignum. Sua enim vitia insipientes, & suam culpam in senectutem conferunt: quod non faciebat is, cuius modo mentionem feci, Ennius:

Isocrates scripsit Panathenaicum.

Sicut fortis equus spacio qui sæpe supremo.
Vicit Olympia, nunc senio cõfectus quiescit.

Equi fortis & victoris senecluti comparat suam, quem quidem probè meminisse potestis. Anno enim vndeuigesimo post eius mortem, hi Consules T. Flaminius, & M. Attilius facti sunt. Ille autem, * Scipione & Philippo iterum Consulibus, mortuus est. Cum ego quidem V. & L X. annos natus, Legem Voconiam voce magna, & bonis lateribus suasissem: annos LXX. natus (tot enim vixit) Ennius ita autem ferebat duo (quæ maxima putantur) onera, paupertatem, & senectutem

* Alias Cæpione.

Lex Voconia.

*Quãtũ. Cur senectus misera uideatur.

ctutem, vt eis penè delectari videretur. Etenim * cum complector animo, quatuor causas reperio, cur senectus misera videatur, vnam, quòd auocet â rebus gerendis, alteram, quòd corpus faciat infirmum, tertiam, q̃ priuet omnibus ferè voluptatibus, quartam, q̃ haud procul absit â morte. Earum, si placet, causarum, quantum quæq̃ valeat, quantumq̃ iusta sit vnaquæq̃ videamus. A rebus gerendis senectus abstrahit? Quibus? An ijs quæ geruntur iuuentute & viribus? Nullæ ne igitur res, senilcs sunt, quæ vel infirmis corporibus, animo tamen administrentur? Nihil igitur agebat Q. Maximus, nihil L. Paulus pater tuus, ô Scipio, socerq̃ filij mei viri optimi, & cæteri senes Fabricij, Curij, Coruncani, cum Rempublicam consilio & auctoritate defendebant, nihil agebant? Ad Appij Claudij senectutem accedebat etiam vt cæcus esset, tamen is cum sententia senatus inclinaret ad pacem, & fœdus faciendum cum Pyrrho, non dubitauit dicere illa, quæ versibus prosecutus est Ennius:

Quò vobis mentes rectę, quę stare solebant.
Antehac, dementi sese flexêre ruina?

Cæteraq̃ grauissime. Notum enim vobis carmen

*Prima uitu peratio senectutis.

*Senectutẽ impedimento non esse rebus gerendis.

*Appius cæcus.

carmen est. Et tamen ipsius Appij extat oratio, atq; hanc ille egit septem & decem annis post alterum consulatum, cum inter duos consulatus anni decem * interfluxissent, censorq; ante Consulatum superiorem fuisset. 16

* Alias interfuissent

Ex quo intelligitur Pyrrhij bello grandem sanè fuisse, & tamen sic à patribus accepimus. Nihil igitur afferunt, qui in re gerenda versari senectutem negant, similesq; sunt, vt si qui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant, cum alij malos scandant, alij per foros cursitent, alij sentinam exhauriant: ille autem clauum tenens sedeat in Puppi quietus, non faciat ea, quæ iuuenes, at vero multo maiora & meliora facit. Non enim viribus, aut velocitatibus, aut celeritate corporum res magnæ geruntur, sed consilio, & autoritate, & sententia, quibus non modo non orbari, sed etiam augeri senectus solet, nisi fortè ego vobis (qui & Miles, & Tribunus, & Legatus, & Consul versatus sum in vario genere bellorum) cessare nunc videor, cum bella non gero: at Senatui quæ sunt gerenda præscribo, & quomodo Carthagini male iam diu cogitanti bellum inferatur, multo antè denuncio, de qua non antè vereri desinam, quàm illam excisam esse cognouero.

Nota.

gnouero. Quam palmam vtinam immortales dij tibi Scipio reseruent, vt aui reliquias persequare. Cuius à morte hic tertius & trigesimus est annus: sed memoriam illius virtutis excipient omnes anni consequentes. Anno ante me censorem mortuus est, nouem annis post meum Consulatum, cum Consul iterum me consule creatus esset. Num igitur si ad centesimum annum vixisset, senectutis eum suæ pœniteret? Nec enim excursione, nec saltu, nec eminus hastis, aut cominus gladijs vteretur, sed consilio, ratione, sententia.

Senatus à senio.

Quæ nisi essent in senibus, non summum consilium maiores nostri appellassent Senatum.

Presbyter honoris uocabulum.

Apud Lacedæmonios quidem, hi qui amplissimum Magistratum gerunt, vt sunt, sic etiam appellantur senes: quod si legere & audire voletis externa, maximas Respublicas paene adolescentulos labefactatas à senibus sustentatas & restitutas reperietis. Cedò, qui vestram Rempublicam tantam amisistis tam cito? Sic enim percontanti, vt est in Neuij Poëte ludo respondentur & alia, & hæc in primis. Proueniebant Oratores noui, stulti, adolescentuli, Temeritas est, videlicet florentis ætatis, prudentia senectutis. At memoria minuitur, cre-

Iambicus tetrameter.

tur, credo, nisi exerceas eam, aut etiam si sis natura tardior. Themistocles omnium ciuium nomina perceperat. Num igitur censetis eum, cum ætate processisset, qui Aristides esset, Lysimachum salutare solitum? Equidem non modo eos noui, qui sunt, sed eorum patres etiam & auos. Nec sepulchra legens vereor (quod aiunt) ne perdam memoriam. His enim ipsis legendis redeo in memoriam mortuorum, nec vero quenq̃ senum audiui oblitum, quo loco thesaurum obruisset, omnia quæ curant meminerunt, vadimonia constituta, qui sibi, quibus ipsi debeant. Quid iurisconsulti? Quid Pontifices? Quid augures? Quid Philosophi senes, q̃ multa meminerunt? Manent ingenia senibus, modo permaneat studium & industria: nec ea solum in claris & honoratis viris, sed in vita etiam priuata & quieta. Sophocles ad summam senectutem Tragœdias fecit, qui propter studium cum rem familiarem negligere videretur, à filijs in iudicium vocatus est, vt quemadmodum (nostro more) male rem gerentibus patribus, bonis interdici solet, sic illum quasi desipientem à re familiari remouerent iudices, tum senex dicitur eam Fabulam, quam in mani-

Memoriã senectute non minui.

Themistoclis memoria.

Sophocles

Manifestat senectutem nõ esse remotã à rebus gerendis.

in manibus habebat, & proxime scripserat, Oedipum Coloneum recitasse iudicibus, quęsisseq́ꝫ num illud carmen desipientis videretur? Quo recitato, sententijs iudicum est liberatus. Num igitur hunc, num Hesiodum, num Simonidem, num Stesichorum, num q̃s ante dixi Isocratem, Gorgiam: num Homerum, num Philosophorum principem Pythagoram, Democritum, num Platonem, num Socratem, num postea Zenonem, Cleantem aut eum, quem vos etiam Romæ vidistis Diogenem Stoicum coëgit in suis studijs obmutescere senectus? An non in omnibus his studiorum agitatio vitæ æqualis fuit? Age, ista diuina studia omittamus, possum nominare ex agro Sabino rusticos vicinos & familiares meos, quibus absentibus nunq̃ ferè vlla in agro maiora opera fiunt, non serendis, non percipiendis fructibus, non condendis: quanq̃ in illis hoc minus mirum. Nemo enim est tam senex, qui se annum non putet posse viuere. Sed ijdem laborant in eis quæ sciunt nihil ad se omnino pertinere. Serunt arbores, quæ alteri seculo prosint, vt ait Statius noster in Synephebis. Nec vero dubitat agricola, q̃uis senex, quærenti cui serat, respondere, dijs immortalibus,

Oedipus.

Nota.

Statij duo fuerunt.

Statius Cæcilius.

mortalibus, qui me non accipere tantummodo à maioribus voluerunt, sed etiam posteris tradere. Melius Cæcilius de sene alteri seculo prospiciente, quàm illud:

Aedepol senectus si nihil quicq̃ aliud vitij
Apportet secũ, dũ aduenerit, vnũ, id est satis 24
Quod diu viuẽdo multa quę nõ vult, videt.

Et multa fortasse quæ vult. Atque in ea quidem, quæ non vult sæpe etiam adolescentia incurrit. Illud vero idem Cæcilius vitiosius:

Tum etiã in senecta hoc deputo miserrimũ
Sentire ea ætate esse odiosum se alteri.

Iucundum potius q̃ odiosum: Vt enim bona 25
adolescentibus indole præditis sapientes senes delectantur, leuiorq̃ fit eorum senectus, qui à iuuentute coluntur & diliguntur. Sic adolescentes senum preceptis gaudent, quibus ad virtutum studia ducuntur. Nec minus intelligo me vobis, quàm vos mihi esse iucundos. Sed videtis, vt senectus non modo languida, atq; iners non modo sit, verum etiam sit operosa, & semper agens aliquid, & moliens, tale scilicet, quale cuiusq; studium in superiore vita fuit. Quid? Quod etiam addiscunt aliquid, vt Solonem in versibus gloriantem vidimus, qui se quotidie aliquid addiscentem senem fieri dicit

Solon & Draco legum latores.

erí dicit, vt ego feci, Græcas literas senex didici. Quas quidem sic auide arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens, vt ea ipsa mihi nota essent, quibus me nunc Exemplis vti videtis. Quod cum feciſſe Socratem in fidibus audirem, vellem equidem & illud (discebant enim fidibus antiqui) sed in literis certe elaboraui.

Nota.

Secunda ui tuperatio senectutis.

NEc nunc quidem vires desidero adolescentis (is enim locus erat alter de vitijs senectutis) non plus quàm adolescens etiam vires tauri aut Elephantis desiderabam. Quod enim homini naturaliter insitum est, eo vti decet, & quicquid agas, agere pro viribus. Quæ enim vox potest esse contemptior, quàm Milonis Crotoniatæ? Qui cum iam senex esset, athletasq; se in curriculo exercentes videret, aspexisse lacertos suos dicitur, illachrymansq; dixisse: *At hi quidem* iam mortui sunt. Non vero *tam isti* quàm tu ipse nugator, neq; enim ex te vnq; es nobilitatus, sed ex lateribus, & *lacertis* tuis. Nihil Sextus Aemilius tale, nihil multis annis antè T. Coruncanus, nihil modo P. Crassus, à quibus iura ciuibus præscribebantur, quorum vsque ad extremum spiritum prouecta est prudentia,

Senectutẽ hoc miserã non esse, q̃ corpus infirmũ reddat.

Milonis querimonia.

dentia. Orator metuo ne langueſcat ſenectu- *Senectutẽ*
te. Eſt enim munus eius non ingenij ſolum, *non officere Oratori*
ſed laterum etiam & virium. Omnino cano-
rum illâ in voce ſplendeſcit etiam neſcio quo
pacto in ſenectute, quod equidem non amiſi
adhuc, & tamen videtis annos meos. Sed ta- 26
men decorus eſt ſermo ſenis quietus & remiſ-
ſus, facitq; perſæpe ipſa ſibi audientiam diſer-
ti ſenis compta oratio & mitis Quod ſi exe-
qui neqneas, poſſis tamen Scipioni præcipe-
re, & Lælio. Quid enim eſt iucundius ſene-
ctute ſtipata ſtudijs iuuentutis? An ne eas
quidem viris ſenectuti relinquemus, vt adole-
ſcentulos doceat, inſtituat ad omne officij mu
nus inſtruat? Quo quidem opere, quid po-
teſt eſſe præclarius? Mihi vero C & P. Sci-
piones, & auitui duo L. Aemilius P. Aphri-
canus comitatu nobilium iuuenum fortunati
videbantur. Nec vlli bonarum artium Ma- *Nota.*
giſtri non beati putandi, quâmuis conſenue-
rint vires, atq; defecerint: & ſi iſta ipſa defectio
viriũ adoleſcentiæ vitijs efficitur ſæpius quàm
ſenectutis. Libidinoſa etenim & intempe-
rans adoleſcentia effœtum corpus tradit ſe-
nectuti. Cyrus autem apud Xenophontem *Duo Cyri.*
eo ſermone, quem moriens habuit, cum ad-

modum senex esset, negat se vnquam sensisse senectutem suam imbecilliorem factam, quã adolescentia fuisset. Ego L. Metellum memini puer, qui cum quadriennio post alterum consulatum Pontifex maximus factus esset (XXII. annos ei sacerdotio præfuit) ita bonis viribus esse in extremo tempore ætatis, vt adolescentiam non requireret. Nihil necesse est de meipso dicere mihi, quanquam est id quidem senisse, ætatíq; nostræ conceditur. Videtisne, vt apud Homerum sæpissime Nestor de virtutibus suis prædicet? Tertiam enim iam ætatem hominum vixerat, nec erat ei verendum, ne vera de se prædicans, nimis videretur aut insolens aut loquax, Etenim (vt ait Homerus) ex eius lingua melle dulcior fluebat oratio, quam ad suauitatem nullis egebat corporis viribus, & tamen ille dux Græciæ nunquam optat, vt Aiacis similes decem habeat: at vt Nestoris quandoque. Quod si acciderit, non dubitat quin breui Troia sit peritura. Sed redeo ad me. Quartum annum ago & octogesimum, equidem posse vellem idem gloriari quod Cyrus, sed tamẽ hoc queo dicere, non me quidem his esse viribus, quibus aut miles Punico bello, aut Quæstor in eodem bel-

Homerus omnium artium pater Nestoris senectus & eloquentia Iliados I.

τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέε αὐδή

27

Decem nestoris similes optat

dem bello, aut consul in Hispania fuerim, aut quadriennio post cum Tribunus militaris depugnaui apud Thermopylas, M. Attilio, C. Glabrione Consulibus. Sed tamen vt vos videtis non planè me eneruauit, non afflixit senectus, non curia vires meas desiderat, non rostra, non amici, non Clientes, non hospites. Nec enim vnquam sum assensus illi veteri laudatoq; prouerbio, quod monet mature fieri senem, si diu velis esse senex. Ego vero me minus diu senem mallem, quàm esse senem: antequam essem. Itaq; nemo adhuc conuenire me valuit, quin fuerim occupatus. At minus habeo virium, quàm vestrum vteruis. Nec vos quidem T. Pontij centurionis vires habetis, num idcirco ille est præstantior vobis? Moderatio modo virium adsit, & tantum quantum quisq; potest nitatur. Nec ille magno desiderio tenebitur virium. Olympiæ per stadium ingressus esse Milo dicitur, cum humeris sustineret bouem viuum. Igitur has corporis, an Pythagoræ tibi malis vires ingenij dari? Denique isto bono vtare dum adsit, cum absit ne requiras: nsi fortê adolescentes pueritiam, paululum ætate progressi, adolescentiam debent requirere. Cursus est

Agamemnon II. Iliados his quidem uersibus:

Αἴ κ' ζεῦ τε πάτερ καὶ ἀθηναίη, καὶ ἄπολλον τοὶ οὗτοι δέκα μοι συμφράδμονες εἶεν ἀχαιῶν τῷ κεταχ ἡ μύσειε πόλις πριάμοιο ἄνακτος χεροὶν ἁλοῦσά τε περθομένη τε.

Prouerbiũ Nota.

Nec quidẽ.

certus ætatis, & via vna naturæ eaq; simplex, sua cuique parti tempestiuitas est data. Vt enim infirmitas puerorum est, & ferocitas iuuenum, & grauitas iam constantis ætatis: sic senectutis maturitas naturale quiddam habet, quod suo tempore perspici debeat. Arbitror te audire Scipio hospes tuus Masinissa quæ faciat, hodie nonaginta annos natus, cũ ingressus iter pedibus sit, in equum omnino non ascendere, cum equo, ex equo nõ descendere, nullo imbre, nullo frigore adduci, vt capite operto sit, summam in eo esse corporis sicitatem. Itaq; exequi omnia regis officia & munera. Potest igitur exercitatio & temperantia etiam in senectute conseruare aliquid pristini roboris. Non sunt in senectute vires, nec postulantur vires à senectute, ergo & Legibus & institutis vacat ætas nostra muneribus ijs, quæ non possunt sine viribus sustineri: Itaque non modo quod non possumus, sed nec quantum possumus quidem cogimur. At ita multi sunt imbecillis senes, vt nullum officij, aut omnino vitæ munus exequi possint. At id quidem non proprium senectutis est vitium, sed commune valetudinis. Quàm fuit imbecillis P. Aphricani filius is, qui te ad optauit?

Maturitas senectutis.

Masiniſſa rex Mauritaniæ.

Nec quidẽ

optauit? Quâm tenui, aut nulla potius valetudine? Quod nisi ita fuisset, alterum ille extitisset lumen ciuitatis. Ad paternam enim magnitudinem animi doctrina vberior accesserat. Quid mirum igitur in senibus, si infirmi sunt aliquando, cum ne id quidem adolescentes effugere possint? Resistendum Lęli & Scipio senectuti est, & eius vitia diligentia * compensanda sunt. Pugnandum tanquam contra morbum est, sic contra senectutem habenda ratio valetudinis. Vtendum exercitationibus modicis. Tantum cibi & potionis adhibendum, vt reficiantur vires, non oppriman tur. Nec vero corpori soli subueniendum est, sed etiam menti, atq; animo multo magis: Nanq; hæc quoq;, nisi tanquam lumini oleum instilles, extinguuntur senectute. Et corpora quidem defatigatione & exercitatione ingraueſcunt, animi autem se exercendo leuantur. Nam quos ait Cæcilius comicus stultos senes, hoc significat credulos, obliuiosos, dissolutos, quæ vitia sunt non senectutis, sed inertis, ignauæ, somniculosæ senectutis. Vt petulantia, vt libido magis est adolescentum, quâm senum, nec tamen omnium adolescentum, sed non proborum: sic ista senilis stultitia

Documenta ad resistendũ senectuti.

** Aliàs corrigẽda.*

Nota.

29

Corpus exercitatiõe ingraueſcit, animus leuatur.

Deliratio. (quæ deliratio appellari solet) senium leuium est, non omnium. Quatuor robustos filios, & filias quinq; tantam domum, tantas clientelas Appius regebat & senex, & cæcus. Intentum enim animum tanquam arcum habebat, nec langueſcens succumbebat senectuti. Tenebat non modo autoritatem, sed etiam imperium in suos, metuebant eum serui, verebantur liberi, charum omnes habebant, vigebat in ea domo patrius mos, & disciplina. Ita enim senectus honesta est, si se ipsa defendit, si ius suum retinet, si nemini mancipata est, si vsq; ad extremum spiritum dominatur in suos. Vt enim adolescentem, in quo senile aliquid, sic senem in quo adolescentis probi est aliquid laudamus, quod qui sequitur, corpore senex esse poterit, animo nunquam erit. Septimus mihi Originum Liber est in manibus, omnia antiquitatis monumenta colligo, causarum illustrium quascunq; defendi, nunc quàm maxime conficio orationes. Ius augurum, Pontificum, ciuile tracto, multum etiam Græcis literis vtor: Pythagoreorumq; more exercendæ memoriæ gratia, quid quoq; die dixerim, audiuerim, egerim, commemoro vesperi. Hæc sunt exercitationes ingenij, hæc cura

Appius cæcus.

Originũ libri à Catone scripti.

Nota.

Pythagoreorũ mos.

hæc curricula mentis. In his desudans atq; elaborans, corporis vires non magnopere desidero. Adsum amicis, venio in senatum frequens, vltroq; affero res multum & diu cogitatas, eaq; tueor, animi non corporis viribus. Quæ si exequi nequirem, tamen me lectulus meus oblectaret ea ipsa cogitantem, quæ iam agere non possem. Sed vt possim facit acta vita: semper enim in istis studijs, laboribusq; viuenti, non intelligitur quando obrepat senectus. Ita sensim sine sensu ætas senescit; nec subito frangitur, sed diuturnitate extinguitur.

Tertia uituperatio senectutis.

SEquitur tertia vituperatio senectutis, q̃d eam carere dicunt voluptatibus. O præclarum munus ætatis, siquidem id aufert nobis, quod est in adolescentia vitiosissimum. Accipite enim optimi adolescentes, veterem orationem Architæ Tarentini, magni in primis & præclari viri, quæ mihi tradita est, cum essem adolescens Tarenti cum Q. Maximo. Nullam capitaliorem pestem, quàm corporis voluptatem hominibus dicebat à natura datam: cuius voluptatis auidę libidines temere & effrenate ad potiundum incitarentur. Hinc

Senectutẽ miseram non esse, quòd priuet uoluptatibus.

Oratiò Architæ contra uoluptatem.

patriæ proditiones, hinc rerum publicarum euersiones, hinc cum hostibus clandestina colloquia nasci dicebat: Nullum denique scelus, nullum magnum facinus esse, ad quod suscipiendum non libido voluptatis impelleret. Stupra vero, & adulteria, & omne flagitium, nullis alijs illecebris excitari, nisi voluptate.

Menti uoluptas inimica.

Cumque homini siue natura, siue quis deus nihil mente præstabilius dedisset, huic diuino muneri ac dono, nihil tam esse inimicum quàm voluptatem. Nec enim libidine dominante temperantiæ locum esse omnino, nec in voluptatis regno virtutem posse cõsistere. Quod quo magis intelligi posset, fingere animo aliquem iubebat, tanta incitatum voluptate corporis, quanta percipi posset maxima, nemini censebat fore dubium, quin tam diu dum ita gauderet, nihil agitare mente, nihil ratione, nihil cogitatione consequi posset. Quocirca nihil tam detestabile, tam que pestiferum, q̃ voluptatem. Siquidem ea cum maior esset atque longior, omne animi lumen extingueret.

Notanda Historia.

Hæc cum C. Pontio Samnite, patrèque eius, à quo in Caudino prælio P. Posthumius, & T. Veturius consules superati sunt, locutum Architam Nearchus Tarentinus hospes noster,

qui in

qui in amicitia Populi Romani permanserat, se à maioribus natu accepisse dicebat: cum qui dem ei sermoni interfuisset Plato Atheniensis, quem Tarentum venisse L. Aemilio, Appio Claudio Consulibus reperio. Quorsum hæc? Vt intelligatis si voluptatem aspernari ratione & sapientia non possumus, magnam habendam senectuti gratiam, quæ efficeret, vt non liberet quod non oporteret. Impedit enim consilium voluptas rationi inimica, ac mentis (vt ita dicam) perstringit oculos, nec habet vllum cum virtute commercium. Inuitus quidem feci, vt fortissimi viri T. Flaminij fratrem L. Flaminium à senatu ejicerem, septem annis postquam consul fuisset: sed notandam libidinem putaui. Ille enim cum esset consul in Gallia, * exhortatus est in conuiuio à Scorto, vt securi feriret aliquem eorum, qui in vinculis essent damnati rei capitalis. Hic Tito fratre suo censore (qui proximus ante fuerat) elapsus est. Mihi vero & Flacco, neutiquam probari potuit tam flagitiosa, & tam perdita libido, quæ cum probro priuato coniungeret imperij dedecus. Sæpe à maioribus natu audiui, qui se porrò pueros à senibus audiuisse dicebant, mirari solitum C. Fabri-

Plato quo tempore Tarentum uenerit.

ἐγνώμων.

Detestabile scelus à L. Flaminio factum ob uoluptatẽ. 32 33

* *Exemplaria castigatiora habent exoratus pro exhortatus*

Fabricius Pyrrhus.

Fabricium, quod cum apud regem Pyrrhum legatus esset, audisset à Thessalo Cynea Athenis quendam esse, qui se sapientem profiteretur, eumq; dicere, omnia quæ faceremus, ad voluptatem esse referenda. Quod ex eo audientes, Manium Curium & Titum Coruncanum optare solitos, vt id Samnitibus, ipsiq; Pyrrho persuaderetur, quo facilius vinci possent, cum se voluptatibus dedissent. Vixerat Manius Curius cum P. Decio, qui quinquennio ante eũ consulem se pro Republica quarto consulatu deuouerat. Norat eundem Fabricius, norat Coruncanus, qui tum ex sua vita, tum ex eius (quem dico) P. Decij facto iudicabant esse profecto aliquid natura pulchrũ atq; præclarum, quod sua sponte peteretur, quodq; spreta & contempta voluptate, optimus quisq; sequeretur. Quorsum igitur tam multa de voluptate? Quia non modo vituperatio nulla, sed etiam summa laus senectutis est, quod ea voluptates nullas magnopere desiderat. Caret epulis, extructisque mensis, & frequentibus poculis: Caret ergo vinolentia, crudelitate, & insomnijs. Sed si aliquid dandum est voluptati (quoniam eius blandicijs non facile obsistimus. Diuinus enim Plato

Epicurus Philosophus.

P. Decius se pro Republica deuouit.

Senectutis laus.

escam

escam malorum voluptatem appellat, quod ea videlicet homines capiantur, vt hamo pisces) quanq̃ immoderatis epulis careat senectus, modicis conuiuijs potest tamen delectari. C. Duillum M filium, qui Pœnos primus classe deuicerat, redeuntem â cœna senem sæpe videbam puer, delectabatur crebro funali, & tibicine, quæ sibi nullo Exemplo priuatus sumpserat tantum licentiæ dabat gloria. Sed quid ego alios? Ad meipsum iam reuertar. Primum habui semper sodales Sodalitates autem me quæstore constitutæ sunt sacris Idæis magnæ matris acceptis. Epulabar igitur cum sodalibus omnino modice. Sed erat tamen quidnam feruor ætatis, qua progrediente omnia fiunt etiam indies mitiora. Neq; enim ipsorum conuiuiorum delectationem corporis voluptatibus magis, q̃ cœtu amicorum & sermonibus metiebar. Bene enim maiores nostri accubationem epularem amicorum, quia vitæ coniunctionem haberet, conuiuium nominarunt melius, q̃ Græci, qui hoc idem tum comparationem, tum concœnationem vocant, vt quod in eo genere minimum est, id maxime probare videantur. Ego vero propter sermonis delectationem tempestiuis con-

Voluptas malorum esca.

Δέλεαρ τῶν κακῶν ἡ ἡδονή.

C. Duillus primus Pœnos classe deuicit.

34

Quare dicatur conuiuium.

Συμπόσιον. Σύνδειπνον.

35

uis contiuuis delector, nec cum æqualibus so-
lum qui pauci admodum restant, sed cum ve-
stra etiam ætate atq; vobiscum. Habeoq; se-
nectuti magnam gratiam quæ mihi sermonis
auiditatem auxit, potionis & cibi sustulit.

36 Quod si quem etiam ista delectant (ne omni-
no bellum indixisse videar voluptati, cuius est
etiam fortasse quidam naturalis modus) non
intelligo, ne in istis quidem voluptatibus ipsis
carere sensu senectutem. Me vero & magiste-
ria delectant à maioribus instituta, & is sermo,
qui more maiorum à summo adhibetur ma-
gistri in poculo: & pocula, sicut in sympolio
Xenophontis, minuta, atq; rorantia: & refri-
geratio æstate, & vicissim hyeme aut Sol, aut
ignis hybernus. Quæ quidem in Sabinis etia-
am persequi soleo, conuiuiumq; vicinorum
quotidie compleo, quod ad multam noctem
quàm maxime possumus, vario sermone pro
ducimus. At non est voluptatum tanta, quasi
titillatio in senibus. Credo, sed nec desidera-
tio quidem. Nihil autem molestum, quod
non desideres. Bene Sophocles, cum ex eo
quidam iam confecta ætate quæreret, vtere-
tur ne rebus Venereis? Dij meliora, inquit.
Libenter vero istinc, tanquam à domino agre-
sti, ac

Pulchra Sophoclis responsio.

ſſi ac furioſo profugi. Cupidis enim rerum ta-
lium, odioſum & moleſtum eſt fortaſſe care-
re. Satiatis vero & expletis, iucundius eſt ca-
rere quàm frui. Quanq̃ non caret is, qui non
deſiderat: ergo non deſiderare dico eſſe iucun
dius, q̃ frui. Quod ſi iſtis ipſis voluptatibus
bona ætas fruitur libentius primum paruulis
fruitur rebus, vt diximus: deinde ijs quibus ſe-
nectus, ſi etiam non abunde potitur, non om-
nino caret: Vt Turpione Ambiuio magis de-
lectatur, qui in prima cauea ſpectat, delectatur
tamen etiam qui in vltima. Sic adoleſcentia
voluptates prope intuens, magis fortaſſe læta
tur. Sed delectatur etiam ſenectus procul eas
ſpectans, tantum quantum ſat eſt. At illa
quanti ſunt, animum tanquam emeritis ſti-
pendijs libidinis, ambitionis, contentionis, ini
micitiarum, cupiditatum omnium, ſecum eſ-
ſe, ſecumq́ (vt dicitur) viuere? Si vero habet
aliquod tanquam pabulum ſtudij atq; doctri-
næ, nihil eſt ocioſa ſenectute iucundius. Mori
videbam⁹ in ſtudio dimetiendi penè cœli at-
q; terræ C. Gallum familiarem patris tui Sci-
pio Quoties illum lux noctu aliquid deſcribe-
re ingreſſum? Quoties nox oppreſsit cum cœ
piſſet mane? Quàm delectabatur, cum defecti
ones ſo-

Cauea.
Θεωρητήριον.
37
Emerita ſtipendia.
38
Senectutis uoluptas.
Prouerbiũ
Gallus Aſtrologus.

ones Solis & Lunæ multo nobis antè prædi-
ceret? Quid in leuioribus studijs, sed tamen
acutis? Quàm gaudebat bello suo Punico *
Næuio? Quàm Truculento Plautus? Quàm
Pseudolo? Vidi etiam senem Liuium, qui
cum septem annos antequam ego natus sum,
fabulam * ædidisset, Cethego Tuditanoq; cō-
sulibus, vsque ad adolescentiam meam pro-
cessit ætate. Quid de P. Licinij Crassi, & Pon-
tificij & ciuilis iuris studio loquar? Aut de
huius P. Scipionis, qui his paucis diebus Pon-
tifex maximus factus est? Atqui eos omnes
quos commemorauí, his studijs flagrantes se-
nes vidímus. M. vero Cethegum, quem recte
Suadæ medullam dixit Ennius, quanto stu-
dio exerceri in dicendo videbamus etiam se-
nem? Quæ sunt igitur epularum, aut ludorū,
aut Scortorum voluptates cum his voluptati-
bus comparandæ? Atq; hæc quidem studia
sunt doctrinæ, quæ quidem prudentibus & be-
ne institutis, pariter cum ætate crescunt, vt ho-
nestum illud Solonis est, quod ait versiculo quo-
dam (vt antè dixi) senescere se, multa indies
addiscentem, qua voluptate animi nulla certè
potest esse maior. Venio nunc ad voluptā-
tes agricolarum, quibus ego incredibiliter de-
lector.

* *Aliàs Ennius Næuius.*

Liuius Andronicus.

39

* *Aliàs docuisset.*

Honestum Solonis dictum.

40

Agriculturæ laus.

lector: quæ nec vlla impediuntur senectute, & mihi ad sapientis vitam proxime videntur accedere. Habent enim rationem cum terra, quę nunquam recusat imperium, nec vnquam sine vsura reddit quod accepit, sed aliâs minore, plerunq; maiore cum fœnore: quanquam non modo fructus quidem me, sed etiam ipsius terræ vis ac natura delectat, quæ cum gremio mollito ac subacto semen sparsum excepit primum id occatum cohibet, ex quo occatio (quæ hoc efficit) nominata est: deinde tepefactum vapore, & complexu suo diffundit, & elicit herbescentem ex eo viriditatem, quæ nixa fibris stirpium sensim adolescit, culmoq; erecta geniculato, vaginis iam quasi pubescens includitur. E quibus cum emerserit, fundit frugem spicæ ordine structam, & contra auium minorum morsum munitur vallo aristarum. Quid ego vitium satus, ortus, incrementa cõmemorem: Satiari delectatione non possum, vt meæ senectutis * requiem oblectamentumq; noscatis. Omitto enim vim ipsam omnium quæ generantur ẽ terra, quæ ex fici tantulo grano, aut ex acino vinaceo, aut ex cæteratum frugum, aut stirpium minutissimis seminib9 tantos truncos ramosq; procreet: mal

Occatio.

* Requietem legit Priscianus, Libro. VI.

Acinum.

Malleoli.

C leoli,

Propago. leoli, plantæ, sarmenta, vites, radices, propagi-
nes, nònne ea efficiunt, vt quemuis non sine
admiratione delectent? Vitis quæ natura ca-
duca est, & nisi fulta sit, ad terram fertur: ea-
Clauiculi. dem, vt se erigat, clauiculis suis quasi manibus
quicquid est nacta cõplectitur, serpentem mul
tiplici lapsu & erratico, ferro amputans coër-
cet ars agricolarum, ne syluescat sarmentis, &
41 in omnes partes nimia fundatur. Itaq; in-
eunte Vere, in ijs quæ relicta sunt, existit tan-
q̃ ad articulos sarmentorum, ea quæ gemma
dicitur, à qua oriens vna sese ostendit, quæ &
succo terræ, & calore Solis augescens, primo
est peracerba gustu: deinde maturata dulce-
scit, vestitaq; pampinis, nec modico tepore ca
* Aliàs de fugit. let, & nimios Solis * defendit ardores. Qua
quid potest esse tum fructu lætius, tum aspectu
pulchrius? Cuius quidem non vtilitas me so-
lum (vt antè dixi) sed etiam cultura & ipsa na
tura delectat. Adminiculorum ordines, capi-
* Aliàs Immissio. tum coniugatio, religatio, propagatio, vitium
sarmentorumq;, ea quam dixi, aliorum ampu
tatio. Quid ego irrigationes? Quid agri fossi-
Repastinatio. ones? Repastinationesque proferam, quibus
fit multo terra fœcundior? Quid de vtilitate
loquar stercorandi? Dixi in eo libro, quem de

rebus

rebus rusticis scripsi, de qua doctus Hesiodus ne verbum quidem fecit, cum de cultura agri scriberet. At Homerus, qui multis vt mihi videtur, ante seculis fuit, Laërtem lenientem desiderium quod capiebat è filio, colentem agrum & eum stercorantem facit. Nec vero segetibus solum & pratis, & vineis, & arbustis res rusticæ lętę sunt, sed pomarijs etiam & hortis, tum pecudum pastu, & apum examinibus, tum florum omnium varietate. Nec consitiones modò delectant, sed etiam insitiones, quibus nihil inuenit agricola solertius. Possum persequi multa oblectamenta rerum rusticarum, sed ea ipsa quæ dixi, sentio fuisse longiora. Ignoscatis autem, nam & studio rerum rusticarum prouectus sum, & senectus est natura loquacior, ne ab omnibus eam vitijs vindicare. Ergo in hac vita M. Curius, cum de Samnitibus & Sabinis & de Pyrrho triumphasset, consumpsit extremum tempus ætatis, cuius quidem villam ego contemplatus (abest enim non longe à me) admirari satis non possum, vel ipsius hominis continentiam, vel temporum disciplinam. Curio ad focum sedenti, magnum auri pondus Samnites cum attulissent, repudiati ab eo sunt. Non

Stercoratio.

Homerus ante Hesiodum.

Senectus natura loquacior.

M. Curius in agricultura uitam cõsumpsit.

Curius aurum repudiauit.

Sanitibus oblatum.

em aurum habere præclarũ sibi esse dixit, sed eis qui haberent aurum, imperare: poterátne tantus animus non iucundam habere senectutem? Sed venio ad agricolas, ne à meipso recedam. In agris erant tum Senatores, id est, senes. Siquidem L. Quincio Cincinnato in agro aranti nunciatum est, eum dictatorem esse factum: cuius dictatoris iussu magister equitum C. Seruilius Hala SP. Melium regnum appetentem et occupare volentem interemit.

Senatores senes.

A villa in senatũ accersebantur senes. Viatores unde.

A villa in Senatum accersebantur Curius & cæteri senes: ex quo qui eos accersebant, viatores nominati sunt. Num igitur eorum senectus miserabilis fuit qui se * agricolatione oblectabant? Mea quidem sententia, haud scio hac an vlla vita beatior esse possit, neq; solum officio (quod hominum generi vniuerso cultura agrorum est salutaris) sed & delectatione, quam dixi, & saturitate, copiaq; omnium rerum, quæ ad victum hominum, & cultum etiam deorum pertinent. Et quoniam hæc quidam desiderant, in gratiam iam cum voluptate redeamus. Semper enim boni assiduiq; domini referta cella vinaria, olearia, mellaria, & penuaria est, villaq; tota locuples est: abundat Porco, Hædo, Agno, Gallina, Lacte, Caseo, Mel-

* *Nonius Marcellus legit agricultiõe duabus dictionibus, an uitio scriptoris nescio.*

seo, Melle. Iam hortum ipsi agricolæ succidi- Succidia.
am alteram appellant: tum conditiora facit
hęc etiam superuacanei operis aucupium atq;
venatio. Quid de pratorum viriditate, aut ar-
borum ordinibus, aut vinearum, oliuetorũm
ue specie dicam? Breui expediam. Agro be- Ager bene
ne culto, nil potest esse nec vsu vberiꝰ, nec spe- cultus.
cie ornatius: ad quem fruendum non modo
non retardat, verum etiam inuitat, atq; alle-
ctat senectus. Vbi enim potest illa ætas æque
calescere, vel apricatione melius, vel igni, vel Apricari.
vicissim vmbris aquisue refrigerari salubrius?
Habeant igitur alij sibi arma, sibi equos, sibi
hastas, sibi clauam, & pilam, sibi natationes,
& cursus: nobis senibus ex lusionibus multis,
talos relinquant & tesseras. Idipsum tamen Tali.
vt libebit. Quoniam sine his beata esse sene- Tesseræ.
ctꝰ potest. Multas ad res perutiles Xenophon Xenophõ
tis libri sunt, quos legite quæso studiose, vt fa- librũ de Agricultura
citis. Quam copiose ab eo agricultura lauda- scripsit.
tur in eo Libro, qui est de tuenda re familiari,
qui Oeconomicus inscribitur. Atq; vt intelli-
gatis, nihil ei tam regale videri, quam studiũ
agri colendi: Socrates in eo libro loquitur cũ
Critobulo: Cyrum minorem Regem Persa- Cyrus.
rum præstantem ingenio atq; imperij gloria,

Lysander. cum Lysander Lacedęmonio, vir summæ virtutis, venisset ad eum Sardis, eique dona à sociis attulisset, & cæteris in rebus comem erga Lysandrum atque humanũ fuisse, & ei quendam conseptum agrum diligenter consitum ostendisse: Cum autem admiraretur Lysander, & proceritates arborũ, & directos in quincuncem ordines, & humum subactam, atque puram, & suauitatem odorum, qui efflarent è floribus, tum eum dixisse: Mirari se non modo diligentiam, sed etiam solertiam eius, à quo essent illa dimensa, atque descripta, & ei Cyrum respondisse: Atqui ego ista sum dimensus, mei sunt ordines, mea descriptio. Multæ etiam istarum arborum mea manu sunt satæ. Tum Lysandrum intuentem eius purpuram & nitorem corporis, ornatumque Persicum, multo auro, multisque gemmis, dixisse: Recte vere te Cyre beatum ferunt, quoniam virtuti tuæ fortuna coniuncta est. Hac igitur fortuna frui licet senibus, nec ætas impedit, quo minus & cæterarum rerum, & in primis agri colendi studia teneamus vsque ad vltimum tempus senectutis. M. qui Valerium Cotuinum accepimꝰ ad centesimum annum vitam perduxisse, cum esset exacta iam ætate in agris, eòsque coleret,

Quincuns.

Cyrus beatus à Lysandro appellatus.

Virtuti fortuna comes.

coleret, cuius inter primum & sextum consula- * Alias
tum, * septem & quadraginta anni interfue- sex.
runt. Itaq; quantum spacium ætatis maio-
res nostri ad senectutis initium esse voluerũt,
tantus illi cursus honorum fuit. Atq; eius
extrema ætas in hoc beatior, quâm media,
quod autoritatis plus habeat, laboris vero mi-
nus. Apex autem senectutis est autoritas:
quanta fuit in L. Cæcilio Metello, quanta in
Attilio Calatino, in quem illud Elogium vni-
cum plurimæ consentiunt gentes, populi pri-
marium fuisse virum. Notum est eius carmen
incisum in sepulchro. Iure igitur grauis, cuius
de laudibus omnium esset fama consentiens.
Quem virum P. Crassum nuper Pontificem
maximum, quem postea M. Lepidum eodem
sacerdotio præditum vidimus? Quid de Pau-
lo aut Aphricano loquar, vt iam ante dixi de
Maximo, quorum nõ in sententia solum, sed
etiam in nutu residebat autoritas? Habet se-
nectus, honorata præsertim, tantam autorita-
tem, vt ea pluris sit, q̃ omnes adolescentiæ vo
luptates. Sed in omni oratione mementote ea-
am me laudare senectutem, quæ fundamen-
tis adolescentiæ constituta sit. Ex quo id effi-
citur, quod ego magno cum assensu omnium

dixi: Miseram esse senectutem, quæ oration⁹ duntaxat defenderet. Non cani, non rugæ repente autoritatem afferre possunt: sed honeste acta superior ætas, fructus autoritatis præbet extremos. Hæc enim ipsa sunt honorabilia, quæ videntur leuia atq; communia, salutari, appeti, decedi, deduci, reduci, consuli, quæ & apud nos, & in alijs ciuitatibus, vt quæq; optime morata, ita diligentissime obseruantur.

Apud Lacedæmões honestissimũ erat senectutis domicilium.

Lysandrum Lacedæmonium (cuius modo mentionem feci) dicere aiunt solitum, Lacedæmone esse honestissimum domicilium senectutis. Nusquam enim tantum tribuitur ætati, nusq̃ est senectus honoratior. Quin etiam memoriæ proditum est, cum Athenis ludis quidam in theatrum grandis natu venisset, in magno consensu locum ei à suis ciuibus nusquam datum: Cum autem ad Lacedæmonios accessisset, qui cum legati essent, in loco certo consederant, consurrexisse omnes illi dicuntur, & senem illum ** fessum* recepisse. Quibus cum à cuncto consessu plausus esset multiplex datus, dixisse ex his quendam, Athenienses scire quæ recta essent, sed facere nolle. Multa in nostro collegio præclara. Sed hoc, de quo agimus, in primis, quôd vt quisq;

** Aliàs sessum.*

Athenienses sciunt quæ recta sunt, sed facere nolũt.

quisq; ætate antecellit, ita sententiæ principatum teneat. Neq; enim solum honore antecedentib⁹, sed ijs etiam, qui cum imperio sunt maiores natu, augures anteponuntur. Quæ sunt igitur voluptates corporum, cum autoritatis præmijs comparandæ? Quibus qui splendide vsi sunt, ij mihi videntur fabulam ætatis peregisse, nec tanquam inexercitati Histriones in extremo actu corruisse. At sunt morosi, & anxij, & iracundi, & difficiles senes, si quę rimus etiam auari; sed hæc morum vitia sunt, non senectutis. At morositas tamen & ea vitia, quæ dixi, habent aliquid excusationis, non illius quidem iustæ, sed quæ probari posse videatur, contemni se putant, despici, illudi, præterea in fragili corpore odiosa omnis offensio est, quæ tamen omnia dulciora fiunt, & bonis moribus, & artibus. Idq; tum in vita, tum in scena intelligi potest ex his fratribus, qui in Adelphis sunt, quanta in altero duritas, in altero comitas. Sic se res habent: vt enim non omne vinum, sic non omnis ætas vetustate coacescit. Seueritatem in senectute probo, sed eam (ficut alia) modicam: acerbitatem nullo modo. Auaritia vero senilis, quid sibi velit non intelligo: potest enim quic-

Morum uitia non senectutis. 42

Terent. in Adelphis.

Senectutis cõparatio ad Vinum.

Nihil absurdius sene auaro.

q̃ esse absurdius, q̃ quo minus viæ restat, eo plus viatici quærere?

Quarta ui tuperatio senectutis. Non timendam esse mortem.

QVarta restat causa, quæ maxime angere, atque solicitam habere nostram ætatem videtur: appropinquatio mortis, quæ certè à senectute non potest longe abesse. O miserum senem, qui mortem contemnendam esse in tam longa ætate non viderit, quæ aut planè contemnenda est, si omnino extinguit animum: aut etiam appetenda, si aliquò eum deducit, vbi sit futurus æternus. Atqui tertium certè nihil inuenirè potest. Quid igitur timeam? Si aut non miser post mortē, aut beatus etiam futurus sum? Quanquam quis est tam stultus (quàmuis sit adolescens) cui sit exploratum se ad vesperum esse victurum? Quin etiam ætas illa multo plures q̃ nostra, mortis casus habet. Facilius in morbos incidunt adolescentes, grauius ægrotant, tristius curantur. Itaq; pauci veniunt ad senectutem, quod nisi ita accideret, melius & prudentius viueretur. Mens enim ratio & consiliū in senibus est, qui si nulli fuissent, nullæ omnino ciuitates essent. Sed redeo ad mortem impendentem, quod illud est crimen senectutis, cum illud videatis cum adolescentia esse

tia esse commune? Sensi ego tum in optimo filio meo, tum in expectatis ad amplissimam dignitatem fratribus tuis Scipio, omni ætati mortem esse communem: At sperat adolescens diu se victurum, quod sperare idem senex non potest, insipienter sperat. Quid enim est stultius, q̃ incerta pro certis habere, ac falsa pro veris? Senex nec quod speret habet: at est eo meliore conditione, quàm adolescens, cum id quod sperat ille, assecutus est. Ille vult diu viuere, hic diu vixit. Quanquam ô dij boni, quid est in hominis vita diu? Da enim supremum tempus, expectemus Tartessiorum Regis ætatem: Fuit enim (vt scriptum video) Argantonius quidam Gadibus, qui octoginta regnauit annos, centum & viginti vixit. Sed mihi ne diuturnum quidem quicquam videtur, in quo est aliquid extremum: cum enim id aduenerit, tunc illud quod præteriit, effluxit: tantum remanet quidem quod virtute & recte factis sis consecutus. Horæ quidem cedunt & dies, Menses & Anni, nec præteritum tempus vnquam reuertitur, nec quid sequatur sciri potest. Quod cuiq; temporis ad viuendum datur, eo debet contentus esse. Neque enim Histrioni vt placeat peragenda

Melior senis q̃ adolescentis conditio.

Tartessiorum Rex.

43

genda est fabula, modo in quocunq; fuerit actu probetur, nec sapienti vsq; ad plaudite viuendum. Breue enim tempus ætatis satis est longum ad bene honesteque viuendum. Sin processeris longius, non magis dolendum est quàm agricolæ dolent præterita verni temporis suauitate, æstatem, Autumnumq; venisse. Ver enim tanq; adolescentiam significat, ostenditq; fructus futuros, reliqua tempora demetendis fructibus aut percipiendis accommodata sunt. Fructus autem senectutis est, (vt iam sæpe dixi) ante partorum bonorum memoria, & copia. Omnia vero, quæ secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis. Quid est autem tam secundũ naturam, quàm senibus emori? Quod idem contingit adolescentibus, aduersante & repugnante natura. Itaq; adolescentes mori sic mihi videntur, vt cum aquæ multitudine vis flammæ opprimitur. Senes autem, sicut sua sponte nulla adhibita vi consumptus ignis extinguitur. Et quasi poma ex arboribus, si cruda sunt, vi euelluntur: si matura & cocta, decidunt. Sic vitam adolescentibus vis aufert, senibus maturitas. Quæ mihi quidem tam iucunda est, vt quo propius ad mortem accedam, eo citius quasi

Nota.

Ver.

fructus senectutis

Adolescentis acerba, senis uero matura mors.

quasi terram videar videre, aliquandòque in portum ex longa nauigatione esse venturus. Omnium ætatum certus est terminus. Senectutis autem nullus certus est terminus, rectèque in ea viuitur, quoad munus officij exequi & tueri possis, & tamen mortem contemnere. Ex quo fit, vt animosior etiam senectus sit quàm adolescentia, & fortior. Hoc est illud, quod Pisistrato Tyranno à Solone responsum est: Cum illi quærenti, qua tandem spe fretus, sibi tam audacter obsisteret, responsse dicitur, senectute. Sed viuendi finis est optimus, cum integra mente, cæterisque sensibus, opus ipsa suum, eadem quæ coagmentauit natura, dissoluit, vt enim nauem, vt ædificium idem destruit facillime, qui construxit: 44
Sic hominem eadem optime quæ conglutinauit natura dissoluit. Nam omnis conglutinatio recens, ægre: inueterata facile diuellitur, Ita fit vt illud breue vitæ reliquum, nec auide appetendum senibus, nec sine causa deserendum sit: Vetàtque Pythagoras iniussu imperatoris, id est, Dei: de præsidio & statione vitæ decedere. Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat velle suam mortem, dolore amicorũ lamentisque vacare. Vult se charum, credo,

Not.

Solonis responsum.

Solonis Elogium ex Plutarchũ

Μηδὲ μοὶ ἄκλαυστος θάνατος μόλοι, ἀλλὰ φίλοισι ποιησαιμιθάνῶρ ἄλγεα καὶ στοναχὰς, 45

* Ennij Versus.

Non est lugēda mors quam immortalitas cōsequitur

Qui pro patria mortui sunt.

credo, suis esse: Sed haud scio an melius, Ennius.

* Nemo me lachrymis decoret, neque funera fletu, Faxit.

Cur? Volito viuus per ora virûm.

Non esse lugendam mortem censet, quam immortalitas consequatur. Iam sensus moriendi si aliquis esse potest, is ad exiguum tempus durat, præsertim seni, post mortem quidem sensus aut optandus, aut nullus est. Sed hoc meditatum ab adolescentia debet esse, mortem vt negligamus, sine qua meditatione, tranquillo esse animo nemo potest. Moriendum enim certè est, & id incertum, an eo ipso die. Mortem igitur omnibus horis impendentem timens, quis tranquillo possit animo consistere? De qua non ita longa disputatione opus esse videtur, cum recorder non solum L. Brutum, qui in liberanda patria est interfectus: nō duos Decios, qui ad voluntariam mortem cursum equorum incitauerunt: non M. Regulum qui ad supplicium est profectus, vt fidem hosti datam conseruaret: non duos Scipiones, qui iter Pœnis vel corporibus suis obstruere voluerunt: non auum tuum L. Paulum, qui morte sua luit collegæ in Cannensi ignominia

temeri-

temeritatem: non M. Marcellum, cuius interi
tum ne crudelissimus quidem hostis honore
sepulturæ carere passus est: Sed legiones qui-
dem nostras scripsi in originibus, in eum lo-
cum sæpe profectas alacri animo & erecto, vn
de se nunquam redituras arbitrarentur. Quod
igitur adolescentes, & ij quidem non solum in
docti, sed etiam Rustici contemnunt, id docti
senes extimescent? Omnino (vt mihi quidem *Varia ætá*
videtur) rerum omnium satietas, vitæ facit sa *tũ studia.*
tietatem. Sunt puerilia certa studia, num
igitur ea desiderant adolescentes? Sunt & in- *Ætas me-*
euntis adolescentiæ, num ea iam constans re- *dia.*
quirit ætas, quæ dicitur media? Sunt etiam
huius ætatis, nec ea quidem in senectute quæ-
runtur. Sunt autem extrema quædam studia
senectutis. Ergo vt superiorum ætatum studia
occidunt, sic occidunt etiam senectutis. Quod
cum euenit, satietas vitæ, tempus maturum
mortis affert. Equidem non video cur quid
ipse sentiam de morte, non audeam dicere vo
bis, quod eo melius cernere mihi videor, quod
ad eam propius adsum. Ego vestros patres 46
P. Scipio, tûque C. Læli viros clarissimos, mi-
hique amicissimos viuere arbitror, & ea qui-
dem vita, quæ est sola vita nominanda. Nam

dum

dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quodam necessitatis, & graui opere perfungitur. Est enim animus cœlestis ex altissimo domicilio depressus, & quasi demersus in terram, locum diuinæ naturæ æternitatique contrarium. Sed credo deos immortales sparsisse animos in corpora humana, vt essent, qui terras tuerentur, quiq; cœlestium ordinem contemplantes, imitarentur eum vitæ modo atq; constantia. Nec me solum ratio ac disputatio impulit, vt ita crederem, sed nobilitas etiam summorum Philosophorum & autoritas. Audiebam Pythagoram, Pythagoricosq; incolas penè nostros, qui essent Italici Philosophi quondam nominati, nunquam dubitasse quin ex vniuersa mente diuina delibatos animos haberemus. Demonstrabatur mihi præterea quid Socrates supremo vitæ die, de immortalitate animorum differuisset, is qui esset sapientissimus oraculo Apollinis iudicatus. Quid multa? Sic mihi persuasi, sic sentio. Cum tanta celeritas animorum sit, tanta memoria præteritorum, futurorum prudentia, tot artes, tantæ scientiæ, tot inuenta, non posse eam naturam, quæ res eas continet, esse mortalem. Cumq; animus sem-

per agi-

Quare animus immortalis in corpora humana infusus sit.

Pythagoras, & Pythagorici Philosophi Italiæ partem incolu erunt quæ magna Græcia dicebatur.

per agitetur, nec principium motus habeat, quia ipse se moueat, nec finem quidem habitu rum esse motus, qui nunquam se ipse sit relicturus. Et cum simplex animi natura esset, neque haberet in se quicq̃ admixtum dispar sui atque dissimile, non posse eam diuidi. Quod si non possit, non posse interire: magnoq; esse argumento homines scire pleraq; antequam nati sint, quod iam pueri cum artes difficiles discant, ita celeriter res innumerabiles arripiant, vt eas non tum primum accipere videantur, sed reminisci & recordari. Hæc Platonis sunt ferè. Apud Xenophontem autem moriens Cyrus maior, hæc dicit: Nolite arbitrari ô mihi charissimi filij, me cum à vobis discessero, nusq̃ aut nullum fore: nec enim dum eram vobiscum, animum meum videba tis, sed cum essem in hoc corpore, ex his rebus quas gerebam, intelligebatis. Eundem igitur esse creditote etiam si nullum videbitis. Nec vero clarorum virorum post mortem honores permanerent, si nihil eorum ipsorum animi efficerent, quo diutius memoriam sui teneremus. Mihi quidem nunquam persuaderi potuit animos, dum in corporibus essent mortalibus viuere, cum exissent ex his, emo-

Animorũ immortalitas.

Verba Cyri morientis Octauo Pædiæ, apud Xenophontem.

ri: Nec vero tum animum esse insipientem, cum ex insipienti corpore euasisset: sed cum omni admixtione corporis liberatus, purus, & integer esse cœpisset, tum esse sapientem. Atq; etiam cum hominis natura morte dissoluitur, cæterarum rerum perspicuum est, quò quæq; discedant. Abeunt enim omnia vnde orta sunt: Animus autem solus nec cum adest, nec cum discedit apparet. Iam vero videtis nihil morti esse tam simile, quàm somnum. Atqui dormientium animi maxime declarant diuinitatem suam: multa enim cum remissi & liberi sunt, futura prospiciunt. Ex quo intelligitur, quales futuri sint, cum se planè corporis vinculis relaxauerint. Quare si hæc ita sint, sic me colite vt Deum. Sin vnà interiturus est animus cum corpore, vos tamen deos verentes, qui hanc omnem pulchritudinem tuentur & regunt, memoriam nostri pie inuiolateq; seruabitis. Cyrus quidem hæc moriens. Nos (si placet) nostra videamus: nemo vnquam mihi Scipio persuadebit, aut patrem tuum Paulum, aut duos auos, Paulum & Aphricanum aut Aphricani fratrem, aut patruum, aut multos præstantes viros, quos enumerare necesse non est, tanta esse co-

Nota. Nihil tam morti simile q̃ somno

esse conatos, quæ ad posteritatis memoriam pertinerent, nisi animo cernerent posteritatem, ad se pertinere posse. An censes (vt de meipso aliquid more senum glorier) me tantos labores diurnos, nocturnosq; domi militiæq; suscepturum fuisse, si ijsdem finibus gloriam meam, quibus vitam essem terminaturus? Nonne melius multo fuisset otiosam 47
ætatem, & quietam sine vllo labore & contentione traducere? Sed nescio quomodo animus erigens se, posteritatem semper ita prospiciebat, quasi cum excessisset è vita, tum denique victurus esset. Quod quidem ni ita se haberet, vt animi immortales essent, haud optimi cuiusq; animus maxime ad immortalem gloriam niteretur. Quid? Quod sapientissimus quisq; æquissimo animo moritur? Stultissimus iniquissimo? Nonne vobis videtur animus is, qui plus cernat, & longius, videre se ad meliora proficisci? Ille autem cuius obtusior sit acies, non videre? Equidem * efferor studio patres vestros (quos colui & dilexi) videndi. Neque eos vero solum conuenire * aueo, quos ipse cognoui, sed illos etiam, de quibus audiui, & legi, & ipse conscripsi. Quò quidem me proficiscentem, haud

Stulti iniquo animo mortem ferunt, sapientes uero æquissimo.

* *Alias afficior.*

* *Laurentius Valla capite 98. Li. 5. legit habeo, sed opinor minus recte. Quanq; illam lectionem sequitur etiam Theodorꝰ Gaza Prouerbiũ Sic uixit Cato, ut frustra se natum non existimet. Cõmorandi non habitandi diuersorium habemus.*

sanè quis facile retraxerit, neue tanquam pilam retorserit. Quod si quis Deus mihi largiatur, vt ex hac ætate repuerascam, & in cunis vagiam, valde recusem, nec vero velim quasi decurso spacio, à calce ad carceres reuocari. Quid enim habet vita commodi? Quid non potius laboris? Sed habeat sanè habet certe tamen aut satietatem, aut modum. Non libet enim mihi deplorare vitam, quod multi, & hi docti sæpe fecerunt. Nec me vixisse pœnitet, quoniam ita vixi, vt frustra me natum non existimem. Et ex vita ista discedo tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo. Commorandi enim natura diuersorium vobis non habitandi dedit. O præclarum diem, cum ad illud animorum concilium cœtumq; proficiscar, & cum ex hac turba & colluuione discedam: proficiscar enim non ad eos solum viros, de quibus ante dixi, sed etiam ad Catonem meum, quo nemo vir melior natus est, nemo pietate præstantior, cuius à me corpus crematum est, quod contrà decuit ab illo meum. Animus vero non me deserens, sed respectans, in ea profecto loca discesset, quò mihi ipse cernebat esse veniendum. Quem ego meum casum

fortiter

fortiter ferre visus sum: non quod æquo animo ferrem, sed me ipse cõsolabar, existimans non longinquum inter nos digressum & discessum fore. His mihi rebus Scipio (id enim te cum Lælio admirari solere dixisti) leuis est senectus, nec solum non molesta, sed etiam iucunda. Quod si in hoc erro, quod animos hominum immortales esse credam, libenter erro, nec mihi hunc errorem quo delector, dum viuo, extorqueri volo: sin mortuus (vt quidam minuti Philosophi censent) nihil sentiam, nõ vereor ne hunc errorem meum mortui Philosophi irrideant, quod si non sumus immortales futuri, tamen extingui homini suo tempore optabile est. Nam habet natura, vt aliarum omnium rerum sic viuendi modũ. Senectus autem peractio ætatis est tanquam fabulæ, cuius defatigationem fugere debemꝰ, præsertim adiuncta satietate. Habui hæc de senectute, quæ dicerem, ad quam vtinam perueniatis, vt ea, quæ ex me audistis, reperti probare posſitis.

Senectus peractio ætatis.

MARCI TVLLII CICEronis de Senectute, FINIS.

ANNOTA-
tiones Erasmi Roterodami in Catonem Maiorem.

1

IN multis Codicib9 deprauate scriptum erat premij, pro pretij. In eodem carmine uidetur elidendum s, in deprimeris. Est autem uersus imperfectus.

2 Haud magna cum re.) Sic ferè deprauatum in omnibus Libris, cum legendum sit ex emendatissimis Exemplaribus, simulq; ex translatione Theodori Gazæ, haud magna in re. Sentit autem hominẽ tenuem. Ita & Horatius. Et in tenui re. Theodorus uertit: ἐπὶ πράγματι οὐ πάνυ μεγάλῳ ἔμπλεως ὢν ἐιρήκει. Quanquam mihi non satis liquet, an Theodorus Ciceronis sententiam uel perceperit, uel expresserit. Primum enim Græcis πρᾶγμα pro facultatibus positũ nusquam reperi, dicturos potius opinor, ὑπάρξει, aut οὐσία. Deinde uidetur Gaza sensisse, quod Ennius hæc dixerit ad amicum in negocio non admodum arduo. Alioqui addidisset articulum Græcum ὃ ἢν οὐ πάνυ μεγάλῳ πράγματι.

3 Quibus meipsum.) Nouum sermonis genus, neq; enim hoc sentit se suspicari, iuuenes ijsdem rebus cõ-

moueri.

moueri, quibus suspicatur scipsum commoueri. Quis enim suspicatur de seipso?

4 Et si te quidem.) Quod hic absolute subijcit, et si id usitatius est in quanquam, neque tamen uerebimur imitari Ciceronem.

5 Adeptam.) Dixit passiue, quod tamen inuentu rarius est.

6 Tanquam deum sequimur.) Alluſit ad prouerbium ἔπου θεῷ unde θεομαχεῖν dicuntur, qui naturæ repugnant.

7 Quasi uictum & caducum.) Sic habetur in plerisque Codicibus, legendum autem uietum atque caducū. Nam flaccidum, uigore carens uietum dicitur.

8 Speramus quidem senes fieri.) Nouum est sperāmus fieri.

9 Propter opes & copias.) Nouum est copias usurpari, non pro exercitu, sed pro diuitijs.

10 Constat hunc locum depraua te legi in omnibus uulgatis Exemplaribus, excepta proxima editione, quam multo castigatiorem debemus eruditissimo uiro Baptistæ Egnatio. At ut ille legit, ita uertit Theodorus Gaza: οὔτε ἂν εἰ ἐγὼ σεμίλιος ἦν ἔνδοξος ἅμα ἐτύγχανον οὔτε εἰ σὺ ἀθηναῖος ὀνομαστός ποτε ἂν ἐγένου. At recte quidem Theodorus, sed aliquanto cōmodiꝰ extulit Plutarchꝰ in Apophthegmatis: ἀλλὰ οὐτ' ἂν ἐγὼ σεμίλιος ὢν ἐγενόμην ἔνδοξος ὅτε σὺ ἀθηναῖος.

11 Qui Tarentum recepit.) Recipit, qui promittit: Recipit se, qui redit unde uenerat. Recipit, cui redditur aliquid. Recipit urbem, qui recuperat.

12 Ad Capuam.) Nomini urbis addidit præpositionem.

13 Quæ pro Reipublicæ salute fierent.) Est ab Hectoris Apophthegmate profectum: εἰς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

14 Contra Rempublicam ferrentur.) Ferri dicuntur plebiscita, ac leges. Cæterum quod sequitur contra auspicia ferri, legendum arbitror, fieri non ferri.

15 Ad Appij Claudij.) Vt usitatum est, accedit ad hoc, ita infrequens est accidit ad hoc. Vnde mendum arbitror, & in alijs rectius legi accedebat. Gaza uertit προσῆμ.

16 Hanc ille agit.) Nouum est, egit orationem pro habuit orationem.

17 Mox septem et decem annos.) Opinor legendū, decem annis. Neq; enim dicimus triduum post tuum abitum profectus sum, sed triduo.

18 Similesq; sunt, ut si qui, & cætera.) Noue dictū & hoc Ciceroni: mollius erat, perinde faciunt ac si, & cætera. Hoc annotandum putaui, ob quorundam in dicendo morositatem. Cum uideamus nec Ciceronē usque adeo fuisse superstitiosum. Ac paulo inferius.

Cedo

19 Cedo, qui ueſtram Rempublicam.) Apparet carmen eſſe Iambicum tetrametrum. Et conſtat addita dictione tantam, quæ in noſtris uulgatis Exemplaribus hactenus non habebatur, ut legatur ad hunc modum. Cedo, qui ueſtram Rempublicam tantam amiſiſtis tam cito. Sed aliter uerſus nõ perinde conſtat ſuis pedibus. Niſi legamus, porró ueniebant Rhetores, noui, ſtulti, adoleſcentuli, & ueriſimile eſt ſcribam pro Rhetores poſuiſſe Oratores, ceu uocem idem pollentem. Cæterum, quod in uulgatis Codicibus habetur ſcriptum, ut eſt in Ennij Poetæ libro, in alijs, ut eſt in Ennij poſteriore libro, haud dubie mendoſum eſt: legendum autem: Vt eſt in Næuij ludo, ſicut in Næuij Poetæ ludo. Nam & Theodorus uertit ὡς περὶ Διός. Præterea quod in noſtris habetur: Sic enim pcontantur, quemadmodũ legiſſe uidetur Theodorus. Alij legunt: Sic enim pcontanti, ut eſt in Næuij ludo reſpondentur, & alia & hoc in primis.

20 Cum ætate proceſsiſſet.) Qui prouectæ ſit ætatis, eum dicit in ætate proceſsiſſe.

21 Ne perdam memoriam.) Vulgo putabatur officere memoriæ, ſi quis legeret ĩſcriptiones ſepulchrorũ.

22 Omnia quæ curant.) Aliter curo, quibus proſpicio, aliter ea quæ mihi curæ ſunt.

23 *Ad summam senectutem.*) Dixit, sicut ad extremum pro postremo loco. Et noue dixit facere tragœdias, pro scribere.

24 *Quam illud idem.*) Fortasse uidebor nodum, qđ aiunt in Scyrpo quærere. At mihi uidetur locus non carere mendo, siquidem hic sermo Mælius Cæcilius de senectute, & cætera. Videtur esse non Catonis probantis quidem superiorem Cæcilij sententiã, sed hanc non perinde probantis, quam his uersibus complexus sit:

Aedepol senectus si nil quicquam aliud uitij.
Apportet secum cũ aduenerit, unum id est satis,
Quod diu uiuendo, multa quæ non uult uidet.

Sunt senarij tres Comici: & sermo non sapit orationem Rhetoricam, ut nihil quicquam, & apportet secum, & quæ non uult. Hæc nimirum comicorum ueterum sunt. Quanquam uero proximũ est, Lælij personam ab hoc loco submouendam esse, ut accipiamus Catonem ipsum dilucre, qđ sibi è comico obiecerat. Hic mecũ facit Theodori Gazæ interpretatio. Nec apud hunc additur idem: quæ uox mihi uidetur adiecta abs quopiam uolente explicare, quid demonstraret gnomen illud, qui subiecerit, id est, ac rursum ex, id est, abbreuiato, factum idem.

Illud

25 Illud uero idem.) Rursus hic sermo uidetur esse Catonis sibi locum alterum obijcientis ex eodem Poeta, citantis alios duos e Cæcilio senarios. Tum etiam in senecta hoc deputo miserrimum. Sentire ea ætate esse odiosum se alteri. Quod si uersus duriusculi sunt nemo miretur, cum alibi Cicero scriptorem hunc ferreum uocet. Citantur autem apud Nonium Marcellum ex Ephræstione in dictione senium. Vbi non additur etiam, & deputo legitur, non reputo.

26 Facit sibi audientiam.) Noue dixit, neque non eleganter, tamen pro eo quod erat, reddit attentum auditorem.

27 Nec erat ei uerecundum.) Opinor pro uerecundum legendum uerendum, nisi forte idem est uerecundum & uerendum.

28 Nec uos quidem.) Citatum in secũdo Officiorũ. Simile est, qd̃ paulo pòst ait: Nec postulantur qdẽ.

29 At multi ita sunt.) Hoc loco admiscuerant rursus personam Lælij, cũ sit sermo Catonis, sibijpsi hæc obijcientis, ac sibi mox respondentis.

30 Nisi tanquam lumini.) Tanquam adhibuit ad significandam similitudinem.

Quanta

31 Quanta percipi potest maxima.) Hanc sermonis figuram & ante notauimus.

32 In Gallia exhortatus est à scorto.) Si locus mendo uacat, exhortatus est, dixit passiue.

33 Damnati rei capitalis.) Damnati capitis usitatius est: Dãnati rei capitalis, hoc uenustius, quo rarius.

34 Crebro funali.) Funale dixit tædam aut facem, ex unctis funibus contextam.

35 Tum computationem.) Græci Latine non loquũtur, sed Cicero interpretatur, quod Græci dicunt, συμπόσιον & συνδεῖπνιον.

36 Magisteria delectant.) Magisteria uidetur dicere regna conuiualia.

37 Emeritis stipendijs.) Emeritos milites usitate dicimus. Emerita stipendia rarius est.

38 Secumq; ut dicitur uiuere. Apparet idem esse cũ illo: Tecum habita.

39 Fabulam elicuisset.) Vide num locus mendo uacet, & num legendum edidisset.

40 Versiculo quodam. Versus adhuc extat:

γηράσκω ἀεὶ πολλὰ διδασκόμενος

Assidue discens plurima fio senex.

71 Existit tanquam ad articulos. Eleganter dixit gemmam existere, quæ emergit: et ad articulos dixit, pro iuxta articulos.

42 Non illius quidem iustæ.

43 Quod cuique temporis. Quod temporis, pro qđ tempus siue quantum temporis.

44 Coaugmentauit, pro coniunxit, siue congluti-nauit.

45 Neque funera fletu faxit. Nouũ est, facere fu-nus, pro agere exequias.

46 Quod ad eã propius adsum. Nouum est, adsum ad eam, eoq; uisum est annotare.

47 Vitam essem terminaturus. Vt naufragium fa-cit, cui nauis frangitur: ita terminauit uitam aut glo-riam, cui finitur gloria, aut uita.

48 A calce ad carceres. Mire coniunxit diuersas Methaphoras. Siquidem à calce sumptum est à corpore humano: ad carceres, sum-ptum est à spacio ludorum eque-strium.

FINIS.

PARADOXA M. TVLLII CICERONIS cum annotationibus, D. Erasmi Roterodami.

ADDITIS IN MARGINE Scholijs artificij Bartholomeo Latomo Arlunensi autore.

M. D. XXXIX.

MARCI TVLLII CICERONIS PARADOXA, ad Marcum Brutum.

Dicit se motum Catonis Exemplo, audacius etiam quàm in illum Oratorio more de Paradoxis dicendi periculum feciſſe: idq; Opuſculum ſe ei exhibere.



ANIMADVERTI BRVte, ſæpe M. Catonem auunculum tuum, cum in Senatu ſententiam diceret locos graues ex Philoſophia tractare, abhorrentes ab hoc vſu Forenſi & publico: ſed dicendo conſequi tamen, vt illa etiam populo probabilia viderentur. Quod eò magis eſt illi, quàm aut tibi, aut nobis, quia nos ea Philoſophia plus vtimur, quę peperit dicendi copiam, & in qua dicuntur ea, quæ non multum diſcrepant ob opinionem populari. Cato autem perfectus (mea ſententia) Stoicus, & ea ſentit, quæ non ſanè probantur in vulgus, & in ea eſt Hęreſi, quę nullum ſequitur florem orationis, neq; dilatat Argumentũ, ſed minutis interrogatiunculis & quaſi punctis, qd' propoſuit efficit. Sed nihil eſt tam incredibile, quod non di

1 Cõparatione argumẽtorũ ex adiunctis oſtẽdit Catoni q̃ ſibi aut Bruto diſſicilius eẽ. 2 3 Antipophora, q̃ cõceſſa an

non dicendo fiat probabile: nihil tam horri- tegressa cō
dum, tam incultum, quod non splendescat firmatione
oratione, & tanquam excolatur. Quod cū ita nihilomin9
putarem, feci etiam audacius, quām ille ipse, reddit intē
de quo loquor. Cato enim duntaxat de mag- tionē: diffi-
nitudine animi, de continentia, de morte, de cile esse q=
omni laude virtutis, de diis immortalibus, dē dem sed fie
charitate patriæ, Stoice solet nullis Oratoris ri posse.
ornamentis adhibitis dicere. Ego autem illa Cōparatio
ipsa, quæ vix in Gymnasijs, & in ocio Stoici ꝓ facultatis
bant, ludens conieci in communes locos. Quę à materia.
quia sunt admirabilia, contraq; opinionē om- 4
nium, ab ipsis etiam παράδοξα appellantur. Communes
Tentare volui, possēntne proferri in lucem, & loci senten'
ita dici, vt probarentur, an alia quædam esset tiæ uulgo e
erudita, alia popularis oratio. Eoq; scripsi li- tiam pba-
bentius, quod mihi ista παράδοξα, quæ appel biles. Para
lantur, maxime videntur esse Socratica, longe doxa id est
q; verissima. Accipies igitur hoc paruum O- præter opi
pusculum lucubratum his iam contractioribꝰ nionem.
noctibus, quoniam illuc maiorum vigiliarum Popularis
munus in tuo nomine apparuit. Degustabis ꝙ oratio ad
& hoc genus exercitationum mearum, quibꝰ uulgi cap-
vti consueui, cum ea quæ dicuntur in Scholis tum accom
ἠθικά ad nostrum hoc oratorium transfero modata,
dicendi genus. Hoc tamen opus in apertum 6.
vt proferas, nihil postulo. Non enim est tale

vt in arce poni posſit, qua illa Minerua Phidiæ, ſed tantum vt ex eadem officina exiſſe appareat.

Thema. ὅτι μόνον τὸ καλὸν ἀγαθόν, Id eſt: *Quod honeſtum ſit, id ſolum bonum.*

Præmunitio ad parandam attentionem in re minime uulgari, & à communi opinione abhorrente. Transfert Theſim ad Hypotheſim, ut illuſtrior fiat ad dicendum materia, et populi auribus magis accõmodata. Oſtendit autem pecunias & id genus in bonis connumeranda non eſſe: quod abundantes adhuc ea deſiderent, quæ ratio eſt ex adiunctis bonorum cõmutabilium, & ueri boni differentia. Nam uerum bonum explet habentem: falſum, cupiditatem auget, cuius ſitis nunquam expleri poteſt.

VEreor ne cui veſtrum ex Stoicorum hominum diſputationib⁹, non ex meo ſenſu deprompta hæc videatur oratio. Dicam tamen quod ſentio, & dicam breuius, q̃ res tanta dici posſit. Nunquam me hercle, ego neque pecunias iſtorum, neq; tecta magnifica neq; opes, neq; imperia, neq; eas, quibus maxime adſtricti ſunt voluptates, in bonis rebus, aut expetendis eſſe numerandas duxi. Quippe cum viderem homines rebus his circumfluentes, ea tamen deſiderare maxie, quibus abundarent. Neque enim vnquam expletur,

pletur, nec ſatiatur cupiditatis ſitis, neque ea ſolum quæ habent, libidine augendi cruciantur, ſed etiam amittendi metu. In quo equidē continentiſſimorum hominū maiorum noſtrorum ſæpe requiro prudentiam, qui hæc imbecillia, & commutabilia pecunię membra ſolo verbo bona putauerunt appellanda, cū re ac factis longe aliter iudicaſſent. Potèſtne bonum cuiquā malo eſſe? Aut poteſt quisquā in abundantia bonorum ipſe eſſe non bonus? Atqui iſta omnia talia videmus, vt etiam improbi habeant, & obſint probis. * Quamlibet irrideat (ſi quis vult) plus apud me tamen vera ratio valebit, quā vulgi opinio Neq; ego vnquā bona perdidiſſe dicam ſi quis pec⁹, aut ſupellectilem amiſerit. Necnon ſæpe laudabo ſapientem illum Biantem (vt opinor) qui enumeratur inter ſeptem ſapientes. Cuius cū quidam patriam Prienen cepiſſet hoſtis, cæteriq; ita fugerent, vt multa de ſuis rebus ſecum aſportarent, cum eſſet admonitus â quodam, vt idem ipſe faceret, ego vero, inquit, facio. Nam omnia mea mecum porto * ille hęc ludibria fortunæ, ne ſua quidē putauit, quæ nos appellam⁹ etiam bona. * Quid eſt igitur quęret aliquis, bonum? Si quid recte fit, & honeſte, & cū virtute, id bene fieri, & recte dicitur.

Euertit nominis autoritatē à boni natura, ne quid recepta appellatio obſtet.

Eraſmus:

** Aliâs: Quāobrē lice. Concluſio ꝑ cōceſſionem: quā Biātis reſponſio confirmat.*

** Concluſio exēpli ꝑ acclama*

tionẽ. Confutata falsa appellatione ante ucrit obiectionẽ, & respondet quid reuera sit bonũ

Et quod rectum & honestum, & cum virtute est, id solum opinor bonum. * Sed hæc videri possunt obscuriora, cum sine appositione exemplorum lentiꝰ disputantur, vita atq; factis illustranda sunt summorum virorũ hæc, quæ verbis subtilius quã factis disputari videntur. Quæro enim à vobis num illã cogitationem habuisse videantur, hi qui hãc Rempublicam tam præclare fundatam nobis reliquerunt? * Correctio qua accingitur ad confirmandũ definitionem. Confirmatio constat ex ẽplis, uim testimonio rum obtinentibus.

Aut auri, aut argenti ad auaritiam, aut amœnitatũ ad delectationem, aut supellectilis ad delitias, aut epularum ad voluptates? Ponite ante oculos vnumquemque Regum. Vultis incipiam, à Romulo? Vultis post liberam ciuitatem ab his ipsis, qui liberauerunt eam? Quibus tandem gradibus Romulus ascendit in cœlum? Iisne, quæ isti bona appellant? An rebus gestis atque virtutibꝰ? Quid autem Numa Pompilius? Minûsne gratas dijs immortalibꝰ capedines, ac fictiles vrnulas fuisse quã delicatas aliorum pateras arbitramur? Omitto reliquos. Sunt enim omnes pares inter se, præter Tarquinium Superbum. Brutum vero si quis roget, quid egerit in patria liberanda: Si quis item reliquos eiusdem consilij socios, quid expetiuerint, quid secuti sint: num qs exstat, cui voluptas, cui diuitiæ, cui denicq; præter

Venusta distributio.

officium

officium fortis & magni viri quicquã aliud ꝓ positum fuisse videatur? Quæres ad necem Porsenæ Q. Mutium impulit, sine vlla spe salutis suæ? Quæ vis Horatium Cocliten contra omnes hostium copias tenuit in ponte solum? Quæ vis patrem Decium? Quæ filium deuouit, ac immisit in armatas hostiũ copias? Quid continentia C. Fabricij? Quid tenuitas victus M. Curij sequebatur? Quid duo repugnacula belli Punici C. & P. Scipiones, qui Carthaginiensium aduentum corporibus suis intercludendũ putauerunt? Quid Aphricanꝰ minor? quid maior? Quid inter horum ætates interiectus Cato? Quid innumerabiles alij? Nã domesticis exemplis abundamus. * An cogitasse quicquã putamus in vita sibi expetendũ, nisi quod laudabile esse & preclarũ videretur? Veniant igitur irrisores huius orationis ac sententiæ, & iam vel ipsi iudicent, vtrum se horũ alicuius, qui marmoreis tectis, ebore, & auro fulgentibus, qui signis, qui tabulis, qui cælato auro & argento, qui Corinthijs operibꝰ abundant, an C. Fabricij, qui nihil eorũ habuit, nihil habere voluit, se similes esse malint? Atq; hæc quidem quæ modo huc, modo illuc transferuntur, facile adduci solent, vt in rebus bonis esse negent. Illud tamẽ arcte tenent, accu-

Congeries exemplorũ crebra ac uehementi repetitiõe.

** Erasmꝰ aliter: An putabimus quenq; horũ cogitasse quicq; in uita sibi expetendum.*

Epilogus argumentationis, ꝓ cõcessionem.

Alia ꝓpoſi tio contra Epicureos defendẽtes uoluptatẽ eſſe ſummũ bonum quos refutat à præſtantia humanæ naturæ & boni ꝓprio, quo differt à uoluptate.

rateq; defendunt, voluptatem eſſe ſummum bonũ. Quæ quidem mihi vox pecudũ videtur eſſe, non hominũ. Tu cum tibi, ſiue deus, ſiue mater (vt ita dicam) rerum omniũ natura dederit animum, quo nihil eſt præſtantius, neq; diuinius, ſic te ipſe abiicies atq; proſternes, vt nihil inter te, atq; inter quadrupedem aliquid putes intereſſe? Quicq; ne bonũ eſt, quod non eũ, qui poſſidet, meliorem facit? Vt enim quiſque eſt maxime boni particeps, ita & laudabilis maxime. Neq; eſt vllum bonũ, de quo non is, qui id habeat honeſte poſſit gloriari. Quid autem eſt horũ in voluptate? meliorem ne efficit, aut laudabiliorem virũ? An quiſquã in potiundis voluptatibus gloriando ſe & prædicatione extollit? Atqui ſi voluptas (quæ plurimorum patrocinijs defenditur) in rebus bonis habenda non eſt: eaq; quo eſt maior, eo magis mentem è ſua ſede & ſtatu dimouet, perfecto nihil eſt aliud bene, & beate viuere, niſi honeſte & recte viuere.

ὅτι αὐταρκὴς ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν

Id eſt: Inquo uirtus ſit, ei nihil deeſſe ad beate uiuendum.

Exemplum, quod uim habet ex coniugatorum natura. Nam perinde ualet: Regulus uir bonus ærumnoſus non fuit: igitur uirtus non eſt ærumnoſa. Item

C Marius

C. Marius uir fortis in aduersis non succubuit: igitur uirtus nulli fortunæ succumbit.

NEc vero ego M. Regulũ ęrumnosum, nec infœlicem, nec miserum vnquam putaui. Non enim magnitudo animi eius cruciabitur à Pœnis, non grauitas, non fides, nõ constantia, non vlla virtus, non deniq; animus ipse, qui tot virtutũ præsidio munitus, tantoq; comitatu virtutis septus, cũ corp9 eius carperetur, carpi certè non potuit. C. vero Mariũ vidim9, qui mihi secundis in reb9 vn9 ex fortunatis hominibus, in aduersis vnus ex summis viris videbatur, quo beatius esse mortali nihil potest.

Apostrophe, qua exclamando in M. Antonium inuehitur ut apparet. Nam cum illo grauissimas inimicitias exercuit, ut ex Philippicis cognoscere licet. Tota expostulatio Exempli uim habet, ad confirmandã Thematis sententiã; sed acriter et copiose tractat.

Nescis insane, nescis quantas vires virt9 habeat. Nomẽ tantũ virtutis vsurpas, quid ipsa valeat ignoras Nemo potest nõ beatissim9 esse, qui est totus apt9 ex sese quique in se vno sua ponit oia. Cui autẽ spes omnis, & ratio, & cogitatio pendet ex fortuna, huic nihil potest esse certi nihilq; quod exploratũ habeat pmansurũ sibi ne vnũ quidem diem. Eum tu homi-

nem terreto, si quē eris nactus istiusmodi mor
tis aut exilij minis, mihi vero quicquid acide-
rit in tam ingrata ciuitate, ne recusanti quidē
euenerit non modo nō repugnanti. Quid em
ego laboraui, aut quid egi, aut in quo euigila-
uerunt curæ & cogitationes meæ? Siquidem
nihil peperi tale, nihil cōsecutus sum, vt eo sta
tu essem, quem neq; fortunæ temeritas, neq;
inimicorū labefactaret iniuria. Mortem ne
mihi minitaris, vt omnino ab hominibus: an
auxilium, vt ab improbis demigrandum sit?
Mors terribilis est his, quorū cum vita omnia
extinguūtur: non his, quorum laus emori nō
potest. Exilīū autem terribile ijs, quibus quasi
circumscriptus est habitandi locus, nō his, qui
omnem orbem terrarū vnam vrbem esse du-
cunt. * Te miseriæ, te ærumnę premunt oēs,
qui te beatum, qui te florentem putas, tuæ libi
dines te torquēt, tu dies noctesq; cruciaris, cui
nec satis est quod est, & idipsum quod habes,
ne non diuturnū sit futurum, times. Te consci
entiæ stimulant maleficiorum tuorū, te metus
examinat iudiciorū atq; Legum, quocunq; a-
spexisti, vt furiæ, sic tuæ tibi occurrunt iniuriæ,
quæ te respirare non sinunt.

Vehemens repetitio ad contentionem.

Epilogus, qui colligitur per soriten. Nam ordo est: Cuius mores laudantur, & uita laudanda est, & cuius

cuius uita laudatur, fugienda non est, & cuius uita fugienda non est, ea misera esse non potest: Ergo cuius mores laudantur, is miser esse non potest. Ex quo iam infertur summa intentio, in sola uirtute fœlicitatem sitam esse.

Quãobrem vt improbo, & stulto, & inepti nemini bene esse potest: Sic bonus vir & sapiens & fortis miser esse nõ potest. Nec vero cuius virtus moresq; laudandi sunt, eius non laudãda vita est, neq; porrò fugienda vita est, quæ laudãda est. Esset autem fugienda si esset misera. Quamobrem quicquid esset laudabile, idem & beatum, & florens, & expetendum videri posse.

ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτήματα, Id est
Aequalia esse peccata.

PArua, inquit, res est, atque magna culpa. Nec enim peccata rerum euentu, sed vitijs hominum metienda sunt. In quo peccatur, id potest aliud alio maiꝰ esse aut minus: ipsum quidem illud peccare, quoquô te verteris, vnum est. Auri nauem euertat gubernator an paleæ, in re aliquantum, in gubernatoris inscitia nihil interest. Lapsa est alicuiꝰ libido in muliere ignota: dolor ad pauciores pertinet, q̃ si etiam petulans fuisset in aliqua generosa ac nobili virgine. Peccauit vero nihilo mi-

Ratio ab efficiente.

Confirmatio per Exempla, q̃ à speciebus sumuntur.

Approbatio à simili

hillo minus, siquidem est peccare tanquã transilire lineas. Quod culpa feceris, cum commissa est, q̃ longe progrediare, cum semel transieris, ad augendam transeundi culpam nihil pertinet. Peccare certè licet nemini. Quod autem non licet id hoc vno tenetur: si arguitur non licere. Id siquidem nec maius, nec minus vnq̃ fieri potest Quoniam in eo est peccatum, si nõ licuit, quod semper vnum & idem est, quæ ex eo peccata nascuntur, æqualia sint oportet.

Aliud argumentũ à p prio.

Alia Argumentatio à connexis, siue consequentibus secundum Fabium, uel à rebus sub eandem rationem uenientibus, cuius prior pars Syllogismo conditionali explicatur. Nam totus ordo per soriten conuertitur.

Quod si virtutes pares sunt inter se, patia esse etiam vitia necesse est. Atqui pares esse virtutes, nec bono viro meliorem, nec temperante temperantiorem, nec forti fortiorem, nec sapiente sapientiorem posse fieri, facillime potest perspici. An virum bonum dices, qui depositum nullo teste, cũ lucrari impune posset auri pondo decem, reddiderit: si idem in decem millibus auri pondo non idem fecerit? Aut temperantem eum, qui se in aliqua libidine continuerit, in aliqua effuderit? Vna virtus est consentiens cum omni ratione, & perpetua constantia

Probatio adsumptionis per species, ex uidefinitiõis.

Integratio eiusdem ar

constantia. Nihil huic addi potest, quo magis virtus sit, nihil demi, vt virtutis nomen relinquatur. Etenim si benefacta, recta facta sunt, & nihil recto rectius est, certè nec bono quidē melius quicquam inueniri potest. Sequitur igitur, vt etiam vitia sint paria. Siquidem prauitates animi recte vitia dicuntur.

gumentationis, à natura & definitiõe uirtutis. Probatio ex cõiugatis.

Complexio totius aceruationis: cuius summa est: Virtutes pares sunt, igitur uitia sunt paria: & porrò uitia sunt paria, igitur & peccata.

Cõplexio antegressæ collectiõis.

Atqui quoniã pares virtutes sunt recte etiam facta qm̃ à virtutibus ꝓficiscuntur, paria esse debent. Itemq; peccata quoniã ex vitijs manant, sint æqualia necesse est. A Philosophis, inquit, ista sumis: metuebam ne à Lenonibus diceres Socrates disputabat isto modo: Bene Hercule narras, nam istum doctũ & sapientẽ virum fuisse memoriæ traditum est. Sed tamẽ quæro ex te, quando verbis inter nos contendimus, non pugnis: vtrum potius de bonis est quærendum, quid baculi atq; operarij, an quid hoies doctissimi senserint: præsertim cum hac sententia, non modo verior, sed ne vtilior quidem hominũ vitę reperiri vlla possit. Quę vis est enim quæ magis arceat homines ab omni improbitate, q̃ si senserint nullũ in delictis esse discrimen? Et æque peccare se, si priuatis, ac si magistra-

Anteuertit obiectionẽ refutat à prudentia & autoritate: ab utili cõfirmat

Confirmatio utilitatis.

Magistratibus manus inferantur? quamcunq; in domum stuprum intulerint, eandem esse libidinis? Nihilne igitur interest, (nam hoc dicet aliquis) patrem quis necet, an seruũ?

Alia obiectio, quæ distinguendo soluitur

Nuda ista si ponas, iudicari qualia sint, nõ facile possunt. Patrem vita priuare, si per se scelus est: Saguntini, qui parentes suos liberos emorí, quàm seruos viuere maluerũt, parricidę fuerunt. Ergo & parenti nonnũquam adimi vita sine scelere potest, & seruo sępe sine iniuria nõ potest. Causa igitur hęc nõ natura distinguit.

Distinguit enim naturam à causa & latitudine peccati: & fatetur his duobus peccatũ aliud alio maius esse posse, at natura & substantia semper æquale.

Quæ quãdo vltro alteri accessit, id fit propensius. Si vtrobiq; cõiuncta est, paria fiant necesse est. Illud tamen interest qđ in seruo necando si id fit iniuria semel peccatur, in patris vita violanda, multa peccãtur. Violatur is, qui peperit: is qui aluit: is, qui erudiuit: is, qui in sede ac domo, atq; in Repub collocauit. Multitudine peccatorũ prętstat, eoq; pœna maiore dignũ est. Sed nos in vita nõ quę cuique peccato pœna sit, sed quãtũ cuiq; liceat, spectare debemus. Quicquid nõ oportet, scelus esse, quicqd non licet, nephas putare debemus. Etiamne in minimis rebus? Etiam. Siquidem rerum modũ finire non possumus, animorũ modum tenere possumus. Histrio si paulò se mouit extra numerum, aut si versus pronunciatus est syllaba

Antiphora qua reddit intentionẽ

Probatio à

vna

vna breuior aut longior, exibilatur & explodi tur. In vita quæ omni gestu moderatior, omni uersu aptior esse debet: vt in syllaba te peccare dices? Poëtam non audio in nugis, in vitę societate audiam ciuem digitis peccata dimetien tem sua? Quę si visa sint breuiora, leuiora qui possint videri? Cũ quicquid peccatur, perturbatione peccetur rationis atq; ordinis. Perturbata autem semel ratione & ordine, nihil possit addi, quo magis peccari posse videatur.

ὅτι πάντες οἱ μωροὶ μαίνονται, Id est

Omnes stultos insanire.

natura uirtutis p. sub iunctionẽ. Confirmatio à simili Redditio cõparatio nis. qua cõgeruntur plura à minori, & in fine sententia thematis ĩducitur

Et hic contrahit Thesim ad Hypothesim, ut illustrior fiat oratio. Nam tota intentione in P. Clodium inuehitur ut unius improbitate proposita omnes demonstret. Est autem hæc summa probationis. Quisq; sapienti noceri posse putat, insanit. At Clodio putat. Igitur Clodius insanit. A confirmatione adsumptionis incipit, cuius propositio est: Ego uero te & cætera, quæ probatur ex adiacentibus sapientis, & definitione ciuitatis. Deinde transit ad confirmationem maioris propositionis: At uide quam, &c.

EGo vero te non stultum, vt sæpe, non improbum, vt semper, sed dementem, & insanum rebus addicam necessarijs. Sapientis animus, magnitudine consilij, tolerantia rerũ humanarum, contemptione fortu

tunæ,

næ, vt mœnibus septus vincetur & expugnabitur, qui nec ciuitate quidē pelli potest? Quæ est enim ciuitas? Omnis ne conuentus etiam ferorū & immaniū? Omnis ne etiam fugitiuorum, ac latronum congregata vnum in locum multitudo? Certè negabis. Non igitur erat illa tum ciuitas, cum leges in ea nihil valebant, cū iudicia iacebant, cum mos patrius occiderat, cū ferro pulsis Magistratibus, senatus nomen in Repub. non erat: Prædonum ille concursus, & te duce latrocinium in foro constitutū, & reliquiæ coniurationis à Catilinæ furijs, ad tuum scelus furoremq; conuersæ, num ciuitas erat? Itaque pulsus ego ciuitate non sum, quæ nulla erat, accersitus in ciuitatem sum * cū esset in Repub. Consul, qui tum nullus fuerat, essetq; Senatus, qui tum occiderat, esset cōsensus populi liberi, esset iuris & æquitatis (quæ vincula sunt ciuitatis) repetita memoria. At vide quàm ista tui latrocinij tela contemserim.

Conclusio.

* *Alàs ut esset.*

Confirmat noceri nō posse sapienti, quæ ratio maioris propositionis est, q̄ dixi. Nam si noceri non potest, stultus & insanus est, qui putat. Probat autem ex definitione iniuriæ, quid sit nocere, tum ab adiacentibus sapientis: prudentiam, fortitudinem & cæteras uirtutes, eripi non posse. Exponitur Argumentum per oppositionem.

Iactam

lactam & immissam à te nefariam in me inimicitiam semp duxi, tamen pueníſſe ad me nunquã putaui. Niſi fortè cũ parietes diſturbabas, aut cũ tectis ſceleratas faces inferebas, meorũ aliqd ruere, aut in vrbe deflagrare arbitrabare. Nihil eñ meũ eſt, neque cuiuſq; quod auferri, qd eripi, quod amitti poteſt, ſi mihi eripuiſſes diuturnã animi mei conſtantiã, meas curas, vigilias, conſilia, quib? Reſpub inuicta ſtat; ſi huius æterni beneficij immortalem memoriam deleuiſſes, multo etiam magis, ſi illã mentem, vnde hæc conſilia manarũt, mihi eripuiſſes, tum ego accepiſſe me cõfiterer iniuriã. Sed ſi hęc ne feciſti, nec facere potuiſti, reditũ mihi glorioſum tua fecit iniuria, non exitum calamitoſum. Ergo ego ſemper ciuis eram, & tum maxime cum meam ſalutem ſenatus exteris nationibus, vt ciuis optimi commendabat.

Epilogus totius Argumentationis, qui excipitur contentione, ad augendam acrimoniam. Contendit enim illum nunquam ciuem, ſe nunquã exulem fuiſſe: confirmat ex ui definitionis utriuſq;, à proprijs & differentibus.

Tu ne nũc quidem es ciuis, niſi forte idem hoſtis eſſe, & ciuis poteſt. An tu ciuem ab hoſte natura ac loco, non animo factisq; diſtinguis?

Cædem in foro feciſti, armatis latronibus templa tenuiſti. Priuatorũ domos, ædeſq; ſacras incendiſti. Cui hoſtis Spartacus, ſi tu ciuis? Potes autem eſſe tu ciuis propter quem aliquando ciuitas non fuit? Et me exulem tuo nomine appellas, cũ omnes meo diſceſſu exulaſſe Rempublicam putent. Nunquámne homo amentiſſime te circumſpicies? Nunq̃ ne quid facias conſiderabis, nec quid loquare? Neſcis exilium ſcelerum eſſe pœnam? Meum illud iter ob præclariſſimas res à me ante geſtas eſſe ſuſceptum? Omnes ſcelerati, atq; impij, quorum tu ducem eſſe profiteris, quos leges exilio affici volunt, exules ſunt, etiam ſi ſolũ non mutarunt. An cũ omnes leges te exulem eſſe iubeant, non eris tu exul? Non appellatur inimicus, qui cum telo fuerit ante ſenatũ? Tua ſica deprehenſa eſt. Qui hominem occiderit? Tu plurimos occidiſti. Qui incendiũ fecerit? Aedes Nympharum manu tua deflagrauit. Qui templa deorũ occupauerit? In foro etiam caſtra poſuiſti. Sed quid ego cõmunes leges profero, quibus omnibus es exul? Familiariſſimus tuus Cornificius de te priuilegium tulit, vt ſi in opertum bonæ deæ acceſiſſes, exulares. At te id feciſſe etiam gloriari ſoles. Quomodo igitur tot legibus in exſilium eiectus, nomen exu-

Refellit obiectã ſibi exulis appellationem, & in Clodiũ retorquet.

Legibus et præiudicijs.

Correctio.

Concluſio cũ occupatiuncula quæ refellitur à pari

men exulis non perhorrescis? Romę sum inquis, & tu quidem in * Ponto fuisti. Non igitur vbi quisq; erit, eius loci ius tenebit, si ibi eũ legibus esse subiectum non oportebit.

* Aliàs operto.

ὅτι πάντες οἱ σοφοὶ ἐλεύθεροι, πάντες δὲ μωροὶ δοῦλοι, Id est: *Omnes sapientes liberos esse, & stultos omnes seruos.*

Ab hypothesi sternit uiã ad Thema collectione à minori.

LAudetur vero hic Imperator, aut etiam appelletur, aut hoc nomine dignus putetur? Quomodo? Aut cui tandem hic libero imperabit, qui non potest cupiditatib9 suis imperare? Refrenet * primum libidines, spernat voluptates, iracundiam teneat, coërceat auaritiam, cæteras animi labes repellat. Tum incipiat aliis imperare, cũ ipse improbissimis dominis dedecori, ac turpitudini parere desierit. Dum quidem his obediet, non modo Imperator, sed liber habendus omnino non erit. Præclare enim est hoc vsurpatũ â doctissimis, quorũ autoritate non vterer, si mihi apud aliquos agrestes hæc habenda esset oratio. Cũ vero apud prudentissimos loquar, quibus hæc inaudita non sunt, cur ergo similem me, si quid in his studijs operæ posuerim, pdidisse? Dictũ est igitur ab eruditissimis viris, nisi tapientem liberũ esse neminem: Quid est eñ libertas? Potestas viuendi, vt velis.

* Erasmus aliter, prius Præmunitio ad assertionem thematis, à loco. Indu citur thẽ ad specie cõfirmatiõis argumẽti à minori.

Confirmatio sententiæ Thematis à definitione libertatis. Nam Argumentatio est. Quisquis uiuit ut uult liber est, solus sapiens uiuit ut uult, igitur solus sapiens est liber, Quæ cũ ratiocinatio sit loco at minoris propositionis probatio ponitur. Quid est enim libertas, &c. Deinde adsumptionis probatio: Quis igitur uiuit ut uult, & c. Ex qua illata adsumptione: Soli igitur hoc contingit sapienti, &c. Postremo loco conclusio subijcitur. Quod & si ita esse pluribus uerbis, & cætera.

Quis igitur viuit vt vult, nisi qui recta seqtur, qui gaudet officio, cui viuendi via considerata, atque * prouisa est: qui legib9 quidem nõ propter metũ paret, sed eas seqtur, atq; colit, quia id salutare maxime esse iudicat: qui nihil dicit, nihil facit, nihil cogitat denique, nisi libenter ac libere: cui9 omnia cõsilia, resq; omnes, quas gerit, ab ipo ꝓficiscuntur, eodemq; referuntur?

8. * Erasm9 aliter: breui cõficiendũ est. A contrario infert alterã partem thematis,

Nec est vlla res, quę plus apd' eũ polleat, quã ipsius volũtas atq; iudiciũ. Cui quidem etiam (quę vim habere maximã dicitur) fortuna ipa cedit, sicut sapiens Poeta dixit: Suis cuique fũ gitur moribꝰ: Soli igitur hoc contingit sapienti, vt nihil faciat inuitus, nihil dolens, nihil coactus Quod si ita esse pluribus verbis dissererdũ est illud tamen & breue, & confitendũ est, nisi qui ita sit affectus, esse liberum neminem.

Igitur

Igitur omnes improbi serui, nec hoc tã re est, quàm dictu inopinatũ atq; mirabile. Non em̃ ita dicũt eos esse seruos vt mancipia, quę sunt dominorũ facta nexu, aut aliq̃ iure ciuili: sed si seruitus sit, sicut est obedientia fracti animi, & abiecti, & arbitrio carentis suo: quis neget omnes leues, omnes cupidos, omnes denique improbos esse seruos? An ille mihi liber videtur, cui mulier imperat, cui leges imponit, pręscribit, iubet, vetat quod videtur, qui nihil imperanti negare potest, nihil recusare audet? Si poscit, dandũ est: si vocat, veniendũ: eijcit, abeundũ: si minatur, extimescendũ. Ego vero istũ non modo seruũ, sed nequissimum seruum, etiam si in amplissima familia natus sit appellandũ puto. Atque vt in magna familia stultorũ, sunt alij lautiores (vt sibi videntur) serui, sed tamen serui, Atrienses * actu: pari stultitia sunt, quos signa, quos tabulę, quos cęlatũ argentũ, quos Corinthia opera, quos ædificia magnifica nimio opere delectant. Et sumus, inquiunt, Principes ciuitatis: Vos vero ne seruorũ quidem vestrorũ Principes estis. Sed vt in familia, qui tractant ista, qui tergunt, vngũt, qui verrunt, qui spargunt, non honestissimum locũ seruitutis tenent: Sic in ciuitate, qui se istarũ rerum cupiditatibus dediderunt, ipsius ciui

et confirmat ex ui definitiõis, quæ seruitus dicẽda sit. Colligit uim seruitutis á signis, & M. Antoniũ designat. Similitudo ad rei declarationẽ

** Mire uariãt hic codices, legẽdum arbitror serui Atrienses, sed tñ serui æque ac tu*

Obiectio, quã soluit proposita similitudine

tatis locum penè infimum obtinet Magna, in quis, bella gessit: magnis imperijs, & prouincijs prefui. Gere igitur animũ laude dignum. Echionis tabula te stupidũ detinet, aut signum aliquod Polycleti. Mitto vnde sustuleris, & quomodo habeas Intuentem te admirantem, clamore tollentem cũ video, seruum te esse ineptiarum omnium iudico Nônne igitur sunt illa festiua? Sint. Nam nos quoq; oculos eruditos habemus. Sed obsecro te, ita venusta habeantur ista, non vt vincula virorũ sint, sed vt oblectamenta puerorũ. Quid enim censes? Si L. Mummius aliquem istorum videret matellionem Corinthium cupidissime tractantem, cũ ipse totam Corinthum contempsisset, vtrum vllum ciuem excellentem, an Atrienſem seruum diligentem putaret? Reuiuiscat M. Curius, aut eorum aliquis quorũ in villa ac domo nihil splendidũ, nihil ornatum fuit præter ipsos. Et videat aliquem summis populi beneficijs vsum, barbatulos mululos exceptantẽ de piscina, & pertractantem, & murenarũ copia gloriantem. Nônne hunc hominẽ ita seruum iudicet, vt ne in familia quidem dignũ maiore aliquo negotio putet? An eorum seruitus dubia est, qui cupiditate peculij nullam conditionem recusant durissimæ seruitutis? Hęreditatis spes,

Signa, quibus seruit demonstratur.

Obiectio quæ soluitur a temperãtia & decoro.

Exempla uim testimoniorum habentia contra intemperantes.

Auaros.

tis spes, quid iniquitatis in seruiendo non su- Signi ser-
scipit? Quem nutum locupletis orbi senis nõ uitutis.
obseruat? Loquitur ad voluntatem. Quicquid
denuntiatum sit, facit, assentatur, assidet, mira
ratur. Quid horũ est liberi? Quid denique nisi
seruí nõ inertis? Quid iam illa cupiditas, (quę In ambitio-
videtur esse liberalior) honoris, imperij, pro- sos.
uinciarũ? Quã dura est domina, quàm impe-
riosa, quàm vehemens? Cethego homini nõ Exemplũ
probatissimo seruire res coegit eos, qui sibi esse cõfirmans
amplissimi videbãtur, munera mittere, noctu ambitionis
venire domũ ad eũ, precari, denique supplica- seruitutem
re. Quę seruit? est, si hęc libertas existimari po Seruit? ex
test? Quid? Cũ cupiditatũ dominat? excessit, metu et cõ
& alius est dominus exortus ex cõscientia pec scientia.
catorũ timor? Quàm est illa misera, q̃ dura ser
uitus? Adolescentib? paulò loquacioribus est
seruiendũ: omnes, qui aliquid scire videntur,
tanq̃ domini timentur. Iudex vero quantũ ha
bet dominatũ? Quo timore nocentes afficit?
An non est omnis metus seruit? Quid valet Exemplũ
igitur illa eloquentissimi viri L. Crassi copio L. Crassi
sa magis quàm sapiens oratio? Eripite nos ex Oratoris.
seruitute. Quæ est ista seruit?, tam claro homi
ni, tamq; nobili? Omnis enim animi debilita-
ta, & humilis, & fracta timiditas, seruitus est.
Nolite sinere nos cuiq̃ seruire. In libertatẽ vin-

dicari vult? Minime. Quid eñ adiũgit, niſi vobis vniuerſis. Dominum mutare, nõ liber eſſe vult. Quib9 & poſſumus, & debemus. Nos vero ſi quidẽ animo excelſo & alto, & virtutibus exaggerato ſum9, nec debemus nec poſſum9. Tu poſſe te dicito, quãdoquidem potes Debere ne dixeris: qñ nihil quiſquã debet, niſi qđ eſt turpe non reddere. Sed hęc hacten9. Ille videat qũõ Imperator eſſe poſſit, cũ eum ne liberũ quidem eſſe ratio & veritas ipſa conuincat.

10. *Redit ad Hypotheſim & abrupte concluſit.*

ὅτι μὸνος ὁ σοφὸς πλούσιος, Id eſt:

Quod ſolus ſapiens diues ſit.

In Marcũ Craſſum cognomento diuitem intenditur hoc paradoxon.

QVæ eſt iſta in commemoranda pecunia tam inſolens oſtentatio? Solus ne tu diues? Proh dij immortales. Egõne me audiuiſſe aliqd, & didiciſſe non gaudeam? Solus ne tu diues? Quid ſi ne diues quidem? Quid ſi paup etiam? Quem eñ intelligimus diuitem? Aut hoc verbũ, *in quo homine* ponim9? Opinor in eo, cui tanta poſſeſſio eſt, vt ad liberaliter viuendũ facile contentus ſit: qui nihil quęrat, nihil appetat, nihil optet amplius. Anim9 eñ tu9 oportet ſe iudicet dititẽ, nõ hominũ ſermo, neq; poſſeſſiones tuæ. Qui nihil ſibi deeſſe putat, nihil curat amplius, ſatiatus eſt, aut cõtentus etiam pecunia, concedo, diues eſt.

A definitione quis ſit diues.

Confirmatio á pprio

Aſſump-

Adſuumptio Argumentationis, illata per oppoſitionem. Nam ratiocinatio: Qui nihil cupit eſt diues. Craſſus adhuc cupit, igitur Craſſus non eſt diues. Adſumptio firmatur à ſignis. Sin autem propter, &c. Sin autem propter auiditatem pecuniæ nullũ quęſtũ turpem putas, cum iſti ordini ne honeſtus qdem posſit eſſe vllus, ſi q̊tidie fraudas, decipis, poſcis, paciſceris, aufers, eripis, ſi ſocios ſpolias, ærariũ expilas, ſi teſtamenta amicorũ expectas, aut ne expectas quidẽ, at ipſe ſupponis: hęc quidem vtrũ abundantis, an egentis ſigna ſunt? Animus hominis diues nõ arca appellari ſolet. Quâmuis illa ſit plena, dum te inanem videbo, diuitem non putabo. Etenim ex eo, quantũ cuiq; ſatis, metiuntur homines diuitiarũ modum. Filiam quis habet? Pecunia eſt opus. Duas? Maiore. Plures? maiore etiam. Si (aiunt) Danai quinquaginta ſunt filię, tot dotes magnam quęrunt pecuniam. Quantũ em̃ cuiq; * opus eſt, ad id accõmodatur, vt ante dixi, diuitiarũ modus. Qui igitur nõ filias plures, ſed innumerabiles cupiditates habet, quę breui tempore maximas copias exhaurire posſint, hũc qũo ego appellabo diuitẽ cũ ipſe egere ſe ſentiat? Multi ex te audierunt, cũ diceres neminem eſſe diuitem, niſi qui exercitũ alere poſſet ſuis fructibus, quod Populꝰ

Similitudo ad declarãdam rem.

** Eraſmꝰ aliter, ſatis Redditio claudẽs intentionem.*

Adſumptio argumẽti, ex ipſiꝰ Craſſi confeſſione.

Cõplexio. Romanus ex tantis vectigalibus iam pridem vix potest. Igitur hoc ꝓposito nunquã eris diues, antequã tibi ex tuis possessionibus tantũ reficiatur, vt eo tueri sex legiones, & magna equitum ac peditũ auxilia possis. Iam fateris igitur non esse te diuitem, cui tantũ desit, vt expleas id qđ exoptas. Itaque istam pauptatem, vel potius egestatem, ac mendicitatẽ tuam nũ quam obscure tulisti. Nam vt his qui honeste rem quęrunt, mercaturis faciendis, operis dandis, publicis sumendis, intelligimus opus esse quæsito: sic qui videt domi tuæ pariter accusatorũ, atque iudicũ consociatos greges, qui nocentes & pecuniosos reos, eodẽ te autore corruptelam iudicij molientes, qui tuas mercedũ pactiones in patrociniis intercisas, pecuniarũ in concionibus candidatorum, dimissiones libertorũ ad fœnerandas diripiendâsque pupillias, qui expulsiones vicinorũ, qui latrocinia in agris, qui cũ seruis, cũ libertis, cum clientibꝰ societates, qui possessiones vacuas, qui ꝓscriptiones locupletum, qui ędes municipiorum, qui illã Syllani temporis messam recordetur, qui testamenta subiecta, qui sublatos tot homines, qui denique omnia venalia, delectum, decretũ, alienam, suam sententiam, forũ, domum, vocem, silentiũ, quis hunc non putet cõfiteri,

Signa & Argumẽta egestatis ex uita Crassi.

Maior propositio. Nam adsumptionis probatio antecessit.

fiteri, sibi quęsito opus esse? Cui quæsito autem opus sit, quis vnquam hunc vere dixerit diuitem? Est enim diuitiarum fructus in copia. Copiam autem declarat satietas rerum, atq; abundantia, quam tu (quoniam nunquã assequere) nunquã omnino es futurus dives. Meã autem qm̃ pecuniam contemnis, & recte. Est em̃ ad vulgi opinionem mediocris, ad tuam nulla, ad meam modica: de me silebo, de te loquar. Si censenda nobis, atque æstimanda res sit, vtrũ tandem pluris æstimabimus pecuniã Pyrrhi, quam Fabritio dabat, an continentiã Fabritij, qui illam pecuniã repudiabat? Vtrũ aurum Samnitum, an responsum M. Curij? hęreditatem L. Pauli, an liberalitatem Aphricani? qui eius hæreditatis Q. Maximo fratri partem suam concesit. Hæc profecto quæ sunt summarum virtutũ potiora, pluris æstimanda sunt, quàm illa, quæ sunt pecuniæ membra. Quis igitur (siquidem vt quisq; quod plurimi sit, possideat, ita ditissimus habendus sit) dubitet, quin in virtute diuitiæ sint? Quoniã nulla possessio, nulla vis auri, & argenti, pluris q̃ virtus æstimanda est. O dij immortales, non intelligunt homines, q̃ magnum vectigal sit parsimonia. Venio em̃ iam ad sumptuosos, relinquo istum quæstuosum. Capit ille ex suis prædijs

Cõplexio.

Adhibet exẽpla testimoniorũ loco.

Infert in sola uirtute esse diuitias à proprio confirmans.

Exemplis facta com

paratione, colligit fru galem pau perem lo cuplete, ſumptuoſo ditiorẽ eſſe

prædíjs ſexcenta ſeſtertia, ego cẽtena ex meis: illi aurata tecta in villis, & ſola marmorea: ea facienti, & ſigna, tabulas, ſupellectilem & veſtem infinite concupiſcenti, non modo ad fructum ille eſt ſumptꝰ, ſed etiam ad fœnus exiguus. Ex meo tenui vectigali, detractis ſumptibꝰ cupiditatis, aliqd etiam redundabit: Vter igitur eſt ditior, cui deeſt an cui ſuperat: qui eget, an qui abundat? Cuius poſſeſſio quo eſt maior, eo plus requirit ad ſe tuendam, an quæ ſuis ſe viribus ſuſtinet? Sed quid ego de meo loquor, qui morũ ac temporum vitio aliquantũ etiam ipſe fortaſſe in huiꝰ ſeculi errore verſer? M. Manlius patrũ noſtrorũ memoria (ne ſemper Curios, & Luſcinios loquamur) paupertan dem fuit, habuit enim ædiculas in Carinis, & fundum in * Licopo. Nos igitur ditiores ſumus, qui plura habemus? Vtinam qdem eſſemus. Sed non æſtimatione cenſus, verũ victu atque cultu terminatur pecuniæ mõdus: Non eſſe cupidum pecunię, non eſſe emacem, vectigal eſt. Contentum vero ſuis rebus eſſe, maximæ ſunt, certiſſimæq; diuitiæ. Etenim ſi iſti callidi rerum ęſtimatores, prata & areas quaſdam magno æſtimant, quod ei generi poſſeſſionum miníme q̃ſi noceri poteſt: quanti eſt æſtimanda virtus, quæ nec eripi, nec ſurripi poteſt vlla

Correctio quæ tranſit ad potius exemplum

** Eraſmꝰ aliter: Labicono.*

Confirmat Exempli uim a proprio diuiti arum & à definitione quis ſit pecuniæ mo

test vnquam, nec naufragio, neque incendio amittitur: nec tempestatum, nec temporum ꝑ mutatione mutatur? Qua prędíti qui sunt, soli sunt diuites: Soli enim possident res, & fructuosas & sempiternas, soliq́ꝫ (quod est ꝓpriũ diuitiarum) contenti sunt rebus suis. Satis esse putant quod est, nihil appetũt, nulla re egent, nihil sibi deesse sentiũt, nihil requirunt. Improbi autem & auari, quoniã incertas atq́ꝫ in casu positas possessiones habent, & plus semper appetunt, nec eorum qulsquã adhuc inuentus est, cui quod haberet esset satis, non modo non copiosi ac diuites, sed etiã inopes ac pauperes existimãdi sunt.

dus: approbat à minori.

II

Epilogus.

MARCI TVLLII CICEronis Paradoxorum.

FINIS.

ANNO.

ANNOTATIONES ERASMI ROTERODAMI in Ciceronis Paradoxa.

(*)

S 1 Ed dicendo consequi tamen.) Conduplicauit coniunctionem, sed tamen sicut fit in at tamen.

2 Quæ non sanè.) Noue dictum in uulgus pro uulgo.

3 Quasi punctis quod proposuit efficit.) Rursum efficit positum est pro colligit.

4 Ludens conieci.) Conieci pro collegi positum, sed tumultuarie.

5 In tuo nomine apparuit.) Noue dictum uidetur in nomine, & apparuit dixit, pro in apertum prodijt: ἐφάνη subindicans, hoc opus non esse eiusmodi, ut debeat in lucem, & in publicum exire.

6 Quæ dicuntur in Scholis θετικά.) θέσεις positiones sunt, & argumenta disputantium. In nonnullis Codicibus falsò scriptum erat, κτητικά & adiectum possessiua, quanquam & in cæteris positiua non à Tullio additum, sed à lectore reor adiectum fuisse.

7 Non modo non repugnanti.) Non modo posuit, in posteriore sermonis parte, præter morem uulgatū

8 Suis quisque fungitur moribus.) In alijs scriptū comperi, fingitur, & rectius sanè. Neq; enim dubium quin retulerit prouerbiale dictum, cuiꝰ meminit Cornelius

nelius Nepos in uita Pomponij. Suam cuique mores fingunt fortunam. Proinde legendum arbitror, suis cuique moribus fingitur, aut certe ut nimium demutemus. Suis cuiusque moribus fingitur

9 Matellionem.) Arbitror dici, signũ repræsentans seruum porrigentem matulam.

10 In libertatẽ uindicari uult.) Minime hic in nonnullis codicibus adduntur ea quæ paulo inferius adiiciuntur, quibus & possumus & debemus. Rursus quæ sequuntur, quibus & possumus & debemus, uidentur à contextu reuulsa. Sic enim apparet legendum. Quid enim adiungitur nisi uobis uniuersis, quibus & possumus & debemus, dominum mutare, non liber esse uult. Nos uero siquidem, & cætera.

11 Et fructosas.) Rursum fructuosas dixit, pro frugiferas. Hoc admonendũ putaui qd' qdam abhorrent ab hac uoce, tanquã parum Ciceroniana.


BIBLIOTEKA * KÓRNICKA *